

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEQL. D. ET PROF. PVBL. HAMBURG.

BIBLIOTHECA GRAECA

VOLVMEN DVODECIMVM

IN QVO CONTINENTVR

LEONIS ALLATII DIATRIBA DE GEORGIIS ET EORVM SCRIPTIS ATQVE LIBRI VI. CAPITA QVATVOR PRIORA QVIBVS ENARRANTVR COL-LECTIONES CANONVM VETERIS ECCLESIAE ET CONCILIORVM TAM VNIVERSALIVM QVAM PARTICVLARIVM NEC NON DE EPISTOLIS AC DECRETIS PONTIFICVM ROM: NOTITIA TRADITVR

ACCEDIT

SYNODICVM VETVS PRIDEM IN LVCEM DATVM

B. D. I O A N N E P A P P O

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLESS

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

HAMBVRGI.

APVD CAROLVM ERNESTVM, BOHN

A. C. MDCCCIX

ZIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA.



SVMME VENERABILI ET CELEBERRIMO

CHRIST. DAV. ANT. MARTINI

DOCTORI THEODOGIAE CONSILIATIO SENATVS ECCLESIASTICI
ET ACADEMIAE

QVAE MONACHII SVB AVSPICIIS REGIIS FLORET
SOCIO ORDINARIO ETC.

FAVTORI ET AMICO PIE COLENDO

ATQVE

ILLVSTRI ET CELEBERRIMO

CHRIST. FRIDERICO GLÜCK

CONSILIARIO AVLICO ET I. V. DOCTORI AC PROFESSORI P. O. IN VNIVERSITATE LITTERARVM ERLANGENSI

COLLEGAE IVCVNDISSIMO ET AMICO VETERI

OVORVM

INSIGNI HVMANITATI LIBERALITATI AC DILIGENTIAE

HOC DVODECIMEM VOLVMEN

BIBLIOTHECAE GRAECAE

MVLTVM DEBET

OMNI QVA PAR EST OBSERVANTIA

D. D. D.

TAMQVAM PIGNVS AMICITIAE GRATISSIMIQVE ANIMI

SACRVM

RSSE IVBET

COTTLIEB CHRISTOPHOR HARLESS.

PRAEFATIO.

on mea culpa factum est, vt hoc volumen iusto serius prelo exiret: sed aliena, eaque grauia, impedimenta et temporis nostri calamitas retardarunt operas. Quidquid est, TE, L.B. vt hoc volumen, cuius confectio mihi, in historia canonum ecclesiasticorum et conciliorum antea minus versato, in primis molesta suit nec adeo facilis, aequi bonique consulas, rogo oroque enixissime. vt in capite de Canonibus plura, quae ad pleniorem illorum pertinerent cognitionem historiamque, adiicerem, fecit singularis humanitas atque eruditio cel. Glückii, collegae iucundissimi mihique amicissimi, qui in historia iuris canonici aeque ac ciuilis habitat, et me ad illud caput haud raro nec leuiter amplificandum, consiliis et libris, e quibus possem plura haurire, iuuit liberalissime. Ad caput de conciliis, tam vniuersalibus, quam particularibus, supplementis necessariis augendum mihi, quod valde dolui, multa deerant praesidia, cumprimis Coleti collectio atque Mansii tam supplemen-

Digitized by Google

plementa conciliorum, quam amplissima illorum collectio: atque, Quum autem compequid mihi ellet fáciendum, diu haesitaram. rissem, Mansii amplissimam collectionem esse in bibliotheca ven. et cel. D. Martini, tum vniuersitatis litterarum Altdorfinae, in praesenti Academiae docurinarum Monacensis ornamenti, atque Coleti Collectionem et Mansii supplementa conciliorum custodiri in bibliotheca publica Lipsiensi: confugi ad humanitatem cel. Martini, vt ex Mansii Collectione supplementa necessaria suppeditaret, et ad veterem amicitiam Rosenmülleri, V. C. et Prosessoris linguae arabicae in Musarum sede Lipsiensi, vt Coleti collectionem, Mansiique supplementa conciliorum contenderet, et, quum ad corrigenda huius quoque voluminis Fabriciani peccata typographica operam more sueto et laudabili conferat, ea, quae necessaria viderentur, enotaret atque adiiceret. Atque, quod ego cum agnificatione gratissimi animi profiteor, vterque precibus meis adnuit, eorumque singulari diligentiae et sollertiae lector egregias maximeque necessarias debet accessiones. Quod ego in meis adnotationibus ad vtrumque caput multa loca ex Mansii collectione ac supplementis citaui, ea, vti iam partim ad pag. 558. fassus sum, ducibus Fuchsio in: Bibliothek der Kirchenversammlungen des IV. und V. Jahrhunderts, et praesertim Walchio, Theologo quondam Göttingensi, in: Entwurf einer vollständigen Historie der Kirchenversammlungen, adscripsi. Atque ex Walchii libro, quem non omnes huius litterarum generis cupidi ad manus habent, aut legere atque conferre posfunt,

funt, eorum, quae de Conciliis ac synodis Hispanicis, Británnicis aliisque addi debuerunt, et quae in Wilkins, Aguirre aliorumque collectionibus operibusque reperiuntur, commemorationem haud inutilem ingratamque fore arbitratus sum. Contra, ne moles libri nimis crésceret, et Allatii diatribam saepe contraxi, et in codicibus in quibus fingula concilia synodique singulae enarrentur aut memorentur, conquirendis et indicandis nolui tempus operamque perdere et obscuram ostentare diligentiam, quam quidem haud paucis aeque molestam ac mihi suturam esse iudicani. Atque eadem cantilena quoties canenda mihi fuisset! At tamen aliquoties, (ex. gr. ad pag. 558. aliisque ibi citatis locis,) haud paucos generatim laudaui codd. msstos, in quibus plura concilia, eorumque historia aut decreta iunctim exarata leguntur, et quos ii, qui forfan non admodum multi erunt, quibus vero fingulorum conciliorum memoria, in codd. inuestiganda, necessaria videbitur, consulent. Neque tamen peculiarium quorumdam conciliorum graecorum notitiam in codicibus obuiam omnino neglexi, sed hinc inde dedi. Enimuero plura aut copiola supplementa ad historiam conciliorum, a Graecis non congregatorum, et decretorum, graece non scriptorum, quippe quae ab instituto nostro et bibliotheca graeca aliena videbantur, studiose colligere atque conscribere dubitaui.

Fabricium enim in duobus illis capitibus de canonibus ecclesiasticis et conciliis permulta, quae ad Bibliothecam graecam haud haud pertinerent, congessisse atque vberius explicuisse, haud negandum est. At quoniam et ille ipse in praesatione suum consisum declarauit; et quam grata multis suerit Fabricii opera, vel ex eo intelligi potest, quod permulti VV. DD. ad haec capita Fabriciana ablegarunt lectores, tam ea, quae ad Graecos haud vnice spectant, quam Synodicon vetus, ad quod et ipse Fabricius deinceps in hoc capite, et alii VV. DD. infinitis paene locis prouocarunt, resecare nolui, veritus, ne in aliorum reprehensionem incurrerem. Ceterum cel. Beckii, qui more suo praeclara additamenta passim inseruit, et cel. Rosenmülleri diligentiam, ad plagellas a vitiis typographicis purgandas adhibitam, mecum praedicabis. TV vero, L. B. vale mihique saueas velim. Scr. Erlangae ipsis Nonis Nouembr. closcocix.

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLESS.

I. A. FABRICII PRAEFATIO

ad volumen XI. vet. edit.

Ex quatuor illis vel quinque argumentis, quae libro sexto huius Bibliothecae graecae complecti constitueram, vt de Canonibus primum ecclesiae, et de Conciliis, deinde de Ictis Graecis Medicisque, nec non de supposititiis ac de collectionibus scriptorum graecorum iunctim editorum, quas hactenus non adtigissem, tractarem: in praesenti tantum habes a me, quae de Canonum collectionibus et de Conciliis *) in studiosorum vsus adnotare licuit, vbi veniam dabis, quod, Graeca tantum pollicitus, cetera etiam ob nexum, quem habent, et communem vtilitatem eodem studio recensenda, nec a Graecis diuellenda duxi, simulque etiam adtigi Epistolas pontificum **) et bullaria, ***) poenitentiales libellos, †) Capitularia item ††) imperatorum ac regum, aliaque, sine quibus notitia

) p. 170. *) p. 180. +) p. 238. ++) p. 252. et (vet. ed.) 495. fqq. p. 743. fqq. ed. nou.

^{*)} Ego vero id caput de Conciliis in praesenti hoc volumine propter spatii angustias, et quia caput de Georgiis ex superiore veteris editionis volumine repetendum et huic volumini nouae editionis praemittendum suit, haud integrum reddere potui. Harl.

Canonum et Conciliorum parum integra videri potest. Indices scriptorum dedi in Gelasium de Actis Concilii Nicaeni p. 590. et Gelasium alterum de duabus Christi naturis p. 659, nec non in Iustiniani, imper. librum aduersus Origenem p. 682. Breuiarium Liberati p. 685. et in decreta imperialia de cultu imaginum a Goldasto edita pag. 739. Synodicum vero vetus D. Pappi, vtpote plenissimam de Conciliis ad Photii vsque aetatem synopsin, rariusque, nisi in voluminosis operibus obuium, studiosorum in gratiam pag. 360. integrum inserui. Denique addidi egregii viri Demetrii Procopii Moschopolitae iucundam, licet breuiorem fortasse, quam velles, notitiam de recentibus Graecis eruditis, *) Bucuresto nuper transmissam ad me beneficio Celsissimi Principis, cuius consiliis, exemplo et generosae benignitati longe plurium ingeniorum prouentum, yberiusque incrementum bonorum studiorum et debet Graecia et debebit. Vale.

INDEX

Hanc Procopii notitiam iam reposui in vol. superiore, XI. p. 521. sqq. Harl.

INDEX CAPITVM.

LEONIS ALLATII Diatriba de GEORGIIS, hinc inde contrada, cum notis FA-BRICII et G. C. HARLESS. pag. 1.

LIBRI SEXTI

CAPVT I.

De SABINO HERACLEENSI et aliis canonum veterum ecclesiasticorum collectoribus; cum supplementis G. C. HARLESS. pag. 137.

CAPVT II.

De conciliis ecclefiafticis eorumque collectoribus, cum supplementis G. C. HARLESS. pag. 275.

CAPVT III.

Synopticae veterum de synodis, vniuersalibus maxime, relationes cum supplementis G. C.

HARLESS p. 338. — Synodicon vulgatum a Ioanne Pappo pag. 360.

CAPVT

CAPVT IV.

CONCILIORVM notitia alphabetica, chronologica et geographica. Index conciliorum alphabeticus ex editione Mansiana, collatus cum Mansii Supplementis, editione Coletiana, Harduiniana, Labbeana et Regia. I. pag. 422. — Index conciliorum eo temporis ordine, quo habita sunt, collatis iisdem quinque editionibus, Mansiique Supplementis. II. (Reliqua in sequenti volumine sequentur: multa tamen excludi poterunt.)

Cum supplementis CHR. DAV. ANT. MARTINI, ERN. FRID. CAR.

ROSENMVELLER et G. C. HARLESS.

Pag. 558.



AD IO. ALB. FABRICII

BIBLIOTHECAE GRAECAE

LIBRI QVINTI PARTĖM SECVNDAM.

LEONIS ALLATII

de Georgiis et eorum scriptis diatriba, scripta a. CIDIDCXLIV. et ad editionem Parisiensem a. CIDIDCLI. cum notis, supplemento et indice olim recusa, curante I. A. Fabricio, et subiunita vol. X. vet. edit. nunc a me hinc inde in compendium redacta. a) Harl.

EORGII nomen ante Christum, quod ipse adnotarim, neque cognitum, neque in vsu: ') post Christum frequentissimum suit. Quamuis enim ab Athenaeo lib. 15. ') GEORGVS quidam περὶ τῶν ἐν 'Ρόδε θυσιῶν, de sacrificiis Rhodiacis: κωὶ ὁ εἰς Πτολεμαῖον δὲ τὸν πρῶτον Αἰγύπτε Βασιλεύσακτα, παιάν ἐξιν, ὁν ἄδεσι 'Ρόδιοι. Έχει γὰρ τὸ ἰὴ παιὰν ἔπιΦθεγγόμενον, ῶς Φησι Γεωργός ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν 'Ρόδε θυσιῶν. Carmen, quod in Ptolemaeum primum Aegypti regem conscriptum est, et Rhodii canunt, Paean est, quum habeat repetita in παιὰν, ut ait Georgus in opere de sacrificiis Rhodiacis: Georgius tamen non suit. Immo nec Georgus, sed, si me non fallit suspicio, Gorgon, qui Hesychio teste de Rhodiacis sacrificiis scripsit, in voce καταβξιπτίτης, et in Επιπολιαῖος. Quem eumdem esse cum supe-

a) Sub finem praesat. ad vol. XI. iam et confilium, eur laborem diatribamque Allatii contraherem, aperui, et rationem, quam sequuturus sim, satis, credo, declaraui. Accedit, quod eadem diatriba enam recusa est in Corpore Byzantino, tom. II. vol. XII. ed. Venet. post Georgii Acropolitae Chronicon. Harl.

b) Georgi, Asiae populi, ab agrorum cultu ita dicti, de quibus Mela lib. 1. c. 2. Super Amazonas et Hyperboreos, Cimmerii, Cissianti, Achaei,

Georgi, Moschi. Et lib. 2. cap. I. Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur, atque, et illa durant, ita diu statam sedem agunt. Colunt Georgi exercentque agros. Meminit et Plinius VI. 13. hist. licet alii codices Georgi legant, alii Ge. orgili. Hodie Georgia sue Georgiana, Gurgustan, paret Persis, et multos habet Christianos, cum Armeniis et Graecis in religione magnam partem conspirantes. [Nunc Russis paret.]

c) p. 697. Georgum etiam vocat Io. Meursius lib. 1. de Rhodo p. 51.

Vol. XII.

A



superiori nullus dubito. Dictum confirmatur ex scholiasta Pindari Ode septima in Diagoram, Rhodium pugilem, ταύτην την ώδην ανακείσθαι Φησι Γόργων έν τω της Σεληναίας Αθήνας ise ο χρυσοις γράμμασιν. Odam hanc appensam fuisse narrat Gorgon in templo Selenaeas Minervae aureis literis. De GORGO d) etiam, Alexandri magni peritissimo artisice, et rerum metallicarum callentissimo, vide Strabonem lib. 15. et Cisaubonum comment. in eumdem lib. 9.) vbi Gorgi nomen in Strabone substituit pag. 142. Sed de his, aichat ille, doctorum esto iudicium. De GORGO MESSENIO, -opibus ac generis splendore Messeniorum nulli secundo, formae dignitate et exteriori cultu et coronarum numero in ipsa adolescentia omnium, qui in ludis gymnicis decertabant, celeberrimo, et post certamina in reipublicae negotiis ac patriae administratione non minori ac ante gloria incumbente, vide excerpta Polybii) Valesiana p. 12. Ingratus ipse in lares domesticos, et sanctissimum parentum cultum iniuriis dicerer, si, dum de GORGO ago, GORGORVM patris et filii pietatem, aeternitate dignam, ex Diodori excerptis s) non adscriberem. ori no ris Toeyos Μοργαντίνος ἐπικαλέμενος Κάμβαλος πλέτω χαὶ δόξη διαφέρων, δε ἐπὶ κυνηγίαν ὁρμήσας, χού περιπεσών λητηρίω δραπετών, ΕΦευγε πεζός την πόλιν. απαντήσαντος δε αυτώ Γοργέ, τε τέτε πατρος εφ' ίππε, χωὶ καθαλλομέιε, κωὶ παραδιδόντος τον ίππον, όπως έφαλλόμενος αφιππεύση πρός την πόλιν. 89 ό παις την ίδιαν σωτηρίαν της τε πατρός προέκρινεν, Εθ' ο πατήρ προσεδέχετο τῷ τΕ τέκνε θανάτω διαφυγείν τον κίνδυνον. δεομένων δε άλλήλων μετά δακεύων, κού διαΦιλοτιμεμένων ύπες εύσεβείας τε κού Φιλοσοςγίας, σύγκεισίν τε λαμβάνοντος ήθες Φιλοτέκνε πείς τεόπου Φιλοπάτοεα, συνέβη τές λητας επιφανέντας, αμφοτέρες ανελών. Gorgus erat Murgantinus, cognomento Cambalus, vir opibus et gloria ciuitatis suae princeps. Hic venatum egressus, cum in latronum manus incidisset, cursu in oppidum contendere coepit: cui quum forte Gorgus pater, equo vectus obviam occurrisset, statimque equo desiliens silium hortaretur, ut equo inscenso protinus se in urbem abripere vellet, neque filius salutem suam patris incolumitati praeverti passus eft, neque pater, occiso filio, superesse suffinuit: proinde quum alter alterum flens oraret, ac pietate inter se certarent, commisso paterno amore cum filii caritate, interim latrones vtrumque assecuti consoderunt. Nunc ad Georgios orationem convertamus.

II. Nomen, inquam, post Christum Christianis omnibus, vel [P] propter euangelicas agricolarum, cum quibus Christus se comparat, parabolas, vel propter in ecclesia eximium, ac singulare Georgii, martyris), certamen summopere excultum.

III. GEOR-

d) Γόργος ὁ μεταλλευτής Straboni XV. p. 700. [p. 1025. A. ed. Almelou.]

f) Ex libro VII. hift.

in Palaestina subiit, varia Graecorum scripta memorani volum. X. p. 229. sqq. [add. Lambec. IV. p. 290. sqq. nr. 7. et 8. et vol. VIII. p. 210.] De eodem Cangius ad Alexiadem p. 373. Hottinger. hist. oriental p. 150 seq. Matthias Frid. Beckius ad Ephemerides Persicas p. 70. seq. Io. Seldenus de titulis honorum II. p. 552. seq. Surius et Acta Sanctor. 23 April. T. 3 p 347. p. 100. seqq. Theoph. Raynaudus in S. Georgio Cappadoce megalomartyre tom. VIII. opp. p. 335. seqq. vbi etiam de aliis Georgiis, martyribus, p. 347. seq.

e) Pro verbis μεταλλεύς της Κρήτης ανής χαλκιδεύς Cafaubonus legit μεταλλευτής Γόργος α. χ. lib. 1Χ. p 407. [p 624 not. 1. ed. Almelou.]

g) In iisdem excerptis Valesianis sine Peirescianis p. 393.

h) De hoc Georgio, martyre celeberrimo, qui tyre tom. VIII. opp. p. 335. feqq. vin Diocletiani persequutione martyrium Lyddae Georgiis, martyribus, p. 347. seq.

- III. GEORGIVS primum PRESBYTER ALEXANDRINVS, deinde LAODI-CENVS episcopus, de partes Arianas sequitus, et dicto et scripto contra catholicos haereticorum caussam acerrime tutatus est. Georgius vero, scribit Athanasius lib. de Synodis Arianorum, qui nunc Laodiceae est, et-per id tempus presbyter Alexandrinus erat, et Antiochiae commorabatur, ita ad Alexandrum episcopum scripsit: Conquereris de Ario, cum dicit, erat, quando non erat filius. Certe Esaias filius suit Amos, Amosque prius suit, quam gigneretur Esaias. Intersuit cum reliquis Arianis Antiocheno concilio), ab Eusebio Nicomediensi coacto contra Athanasium. Nicephorus Callisti historiar. eccles. lib. 9. cap. 12. et 49. Et in electione Meletii patriarchae Antiocheni, quum imperator Constantius, omnibus, qui dicendi facultate pollerent, mandasset, vt eam sententiam: Dominus condidit me initio viarum suarum, populo explicarent, notariique ad scribendum exercitati, cuiusque verba exciperent, primus omnium sui erroris virus euomuit. Theodoretus histor. ecclesiass. lib. 2. cap. 31. Postea) in Palaessina episcoporum ordine motus, in communionemque receptus a Cyrillo Hierosolymitano, in caussa suit eidem Cyrillo, vt ab Acacio et Eudoxio episcopatu priuaretur. Sozomenus lib. 4. cap. 24. et ex eo Nicephorus lib. 9. cap. 46.
- [P] 2. Aëtii tamen Syri blasphemias, et Eudoxii Antiocheni, °) litteris etiam datis ad Ancyranum episcoporum conuentum oppugnauit compressitque, ne tam libere saenirent. Exemplum epistolae legitur apud Sozomenum historiae eccl. lib. 9. cap. 12. et Nicephorum lib. 9. cap. 36.
- 3. Scripsit vitam, quo cum familiarissime vixerat, Eusebii Emiseni, P) Arianismi item propugnatoris. Sozomenus lib. 3. cap. 5. [6.] et Nicephorus lib. 9. cap. 5. ed. Paris. Erroris tamen ac falsitatis arguitur a Baronio non vno in loco.
- 4. Pro veritate etiam contra Manichaeorum impia dogmata editis voluminibus certauit, vt ex Heracliano episcopo Chalced. refert Photius in biblioth. cod. LXXXV. [v. supra vol. X. p. 705. et Nicephorus lib. 6. cap. 32. et ante hos Theodoretus Haeretic. fab. lib. 1. ?) in Manete, [P] et ante Theodoretum Epiphanius contra haeres ?) lib. 2. aduersus Manichaeos.

A 2 5. Geor-

- i) Fabric. in indice de Georgiis, et supplement. ad hanc Allatii diatribam, ea, quae sequuntur, adiecit: "Quum de Georgiis, qui graece scripserunt, hanc diatribam Allatius concinnauerit, aliud plane institutum sectatus est M. Ioachim Mantzelius, Rostochiensis, scholae Parchimensis conrector, qui Gustrouiae a. 1712. 4. edidit schediasma de Georgiis same et eruditione claris, in quo sub centum lemmatibus varia, quae curiosa ipsi visa sunt, de viris claris, recentis maxime aetatis, qui latine scripserunt vel germanice, et Georgii praenomine sunt vsi, adnotauit. Harl.
- k) Ab a. 332. [conf. de hoe Georgio supra vol. IX. p. 293. et quos ibi citaui. Harl.]

1) Etiam Tyrio, aduerfus eumdem S. Athanafium congregato a. 335. Autiochenum habitum a. 340. vel 341.

m) A. 561.

n) A. 361. vel 362.

- o) Hinc inter ομοισίε praedicatores refertur a Philostorgio VIII. 17. Consule Iac. Gothofredi notas p. 353. seq. Socratis vero lib. 1. cap. 24. δε τῶν μισέντων τὸ ὁμοίσων.
- p) Eynémus de Evet sur vocat Socrates loco laudato, et quaedam ex illo adfert lib. 2. cap. 9. Confer, quae de Eusebio Emeseno dicta volum. VII. p. 412. sq.

q) Cap. 28.

r) Haereli LXVI. 21.

- 5. Georgii quoque idem Theodoretus meminit in praesatione operis, ex quo, quemadmodum ex pluribus aliis, qui linguas suas aduersus falsum armarunt, Haereseon antiquas fabulas collegisse se scribit. Ex Theodoreto sua habuit Nicephorus, vt videre est.
- 6. Hunc Posseuinus vocauit Gregorium in Adparatu. An memoriae lapsu? In hifce nominibus feriptores faepissime errasse confudisseque personas, non quod solum vnum in aliud mutata status conditione iidem commutarunt, sed ex scriptorum etiam incuria, non Laodiceni, fed aliorum quoque exemplo infra oftendemus. Sane Gregorium in Laodiceno nullum inuenio.
- IV. Eodem Laodiceni Georgii aeuo alter GEORGIVS CAPPADOX, 5) vt Athanafius ad folitarios scribit, aerarii Constantinopolitani quaestor, et depeculator omnium, atque eo nomine profugus in Alexandrinam ecclesiam, Athanasio pulso, contra ius omne intrusus') tutanda Arianorum haeresi, et slagitiosae vitae obscoenitate multo Laodiceno infamior viuebat; quantuis, num aliquid literis tradiderit, nondum compertum fit, antiquorum tamen tum exterorum, tum ecclesiasticorum monumentorum sedulus inquisitor, ex quibus non tenuem neque contemuendam, sed amplam et imperatoriis opibus parem bibliothecam erexit: plebis tandem infidae, quam ipfe christiamae sed suo commodo religioni addictus, ferro et vi lacierat, furore trucidatus, discerptus, igneque absumtus. Eum non suo, sed bibliothecae tantum nomine inter alios Georgios recensemus. Iulianus ") post huius viri necem Ecdicio Aegyti praesecto mandauit epist. 9. vt Georgii studio recollecta volumina omnia, quae in magna copia erant, compararet, et Porphyrio epist. 36. vt eam integram Antiochiam poenis etiam indictis transmitteret. [P] Epistolam Iuliani ad Porphyrium recenset etiam Suidas in Ἐπιτολή Ἰελιανέ. Volumina Iulianus Antiochiam aduecta in Traiani fano, ab Adriano exstructo, pulcerrimo illo quidem, licet mole exiguo reposuit: ea non multo post improba Iouiani imperatoris desidia, mulierculis ignem supponentibus, ingenti reipublicae literariae damno exarferunt. Ioannes Antiochenus in excerptis Valesianis: b) et exactius Suidas in Iouiano: ὁ δὲ Ἰοβιανός ἐκ τῆς γυναικός αυτέ κινηθας τὸν ὑπὸ ᾿Αδριανέ τε βασιλέως κτισθέντα ναζν χαριέσατον είς αποθέωσιν το πατρός Τραϊανό, παρά δε 'Ιθλιανέ κατασαθέντα Βιβλιοθήκην, Ευνέχω τινὶ Θεοφίλω, κατέφλεζε σύν πάσιν, οῖς Είχε Βιβλίοις, αυτών των παλλακίδων ύφαπτεσών μετά γέλωτος την πυράν. Iouianus ab vxore sua incitatus elegantissimum templum ab Adriano imperatore conditum ad patris Traiani consecrationem, et a Iuliano bibliothecam defignatam Eunucho cuidam Theophilo, cremauit cum omnibus libris, quos habebat, ipfis concubinis cum risu pyram succendentibus. De Georgio Alexan-

· s) Cappadocem etiam alibi vocat Athanafius non vno in loco, etsi apud Epiphaniam Ciliciae oppidum natus traditur ab Ammiano Marcellino XXII. 11. conf. Turrian. Apologia pro canonibus : apostolorum p. 88. sq.

t) Factum hoc a. 356. Deinde hic Georgius Alexandrinus episcopus Arianus a plebe tumul- 1 habet etiam Socrates III. 3. et Nicephorus X, 7. tuante interfectus a. 362. Vide Tillemontii me-

morias hist. eccles. T. VIII. p. 160. et 209. sq. Ab aliis hunc quoque pro Georgio Gregorium dici videas, vt a Petanio ad Epiphanium p. 283.

4) Ad hunc quoque Georgium exstat epistola Iuliani VIII. et LIV, atque ad Alexandrinos qua eos de Georgio obtruncato increpat, X. quam

v) p. 846.

-Alexandrino vide plura apud Gregorium Nazianzenum, oratione in laudem Athanasii, Epiphanium Haeresi 76. et alios Graecorum historicos.

- V. Sub Honorio et Theodosio Augustis, et Barbae episcopatu) Ariana secta paene exstincta ac funditus sublata, adiumentis praestantium [P] virorum Timothei ac Georgii renasci, ac denuo vires acquirere visa est. GEORGIVS a Barba presbyter designatur: humanioribus litteris adprime eruditus, semper prae monibus Platonis Aristotelisque volumina habuit; ideoque nonnullos admiratio subiit, quomodo hic Arianae sectae addici potuerit, qui Platonis sequeretur doctrinam, qui secundam et tertiam caussam initium substantiae accepisse negauit, ideoque Iustino martyri) aliquam quoque notionem trinitatis habuisse visus est. Nihilominus iste Georgius vna cum Timotheo in male sana et damnata haeresi perdurauit: licet sua doctrina voluminibus etiam editis Arii blasphemam sententiam repurgarint, et in melius sensim et clam traduxerint. Socrates lib. 7. cap. 6. πλην είκαὶ τη ξαυτών ἐκκλησία παρέμεναν, αλλ μως την Αρεανήν Βρησκείαν λεληθότως ἐπὶ τὸ κρεασσον μετέθεσαν. πολλας γας των Αρείε βλασφημιών ταις οἰκείαις διδαακαλίαις ἐξέβαλον. Ατ quamquam in sua ipsorum permanserunt ecclesia, tamen sectae Ariange opinionem pedetentim et ex occulto correxerunt: quippe eam sua doctrina multis Arii blasphemiis perpurgarunt. Eadem habet) Nicephorus Callisti lib. 14. cap. 13.
- VI. GEORGIVS, cognomento PISIDES, magnae ecclesiae Constantinopolitanae diaconus, et chartophylax, z) tum soluta, tum iuncia oratione pleraque scripsisse dicitur. Quum Heraclius imperator in Persidem iturus, humi prostratus, supplex, illacrumansque opem Dei aduersus hostes atque impios deprecaretur, diuino numine percitus ac sutura praeuidens, carminibus illis, quae refert Georgius Hamartolus, as) et ex Hamartolo Cedrenius in historiae compendio, mirifice solatus est, κρί εισελθών εἰς την ἐκκλησίων, Heraclius, μέλανα ὑποδηματα περιβαλλόμενος ηυξατο, ον ἰδών Γεώργιος ο Πισσίδης μετὰ τῆς τοιαύτης ταπεινώσεως, ἔψη, ὧ βασιλεύ,

. [P] Μελαμβαφές πέδιλον εἰλήσας ποδός. Βάψεις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἰμάτων.

Et ingressus ecclesiam, et nigris calceis indutus orauit, quem ita animo demisso videns Georgius Pissida dixit, o imperator, nigrum caleeum convoluens pedibus, rubesacies tincium cruore Persico.

 \mathbf{A} 3

2. Iambi

- eo) Barbité Arfanas factionis episcopus CPolitanus post Dorothéum a. C. 407.
- x) Iustinus hoc de Platone in cohortatione ad
 - y) Confer Hill: tripartitam XI. 6.
- z) Clarus circa a. c. 630. vt dini volumine VIII. p. 612. 'fqq. S. XVI. vbi de Piside et cius scriptis, et ego plura adscrips: Harl.]
- sa) De Hamartoli chronico adhuc inedito infra p. 329. Cedreni locus est p. 357.

- Iambi illius in Exahemeron graece cum selectis Gregorii Nazianzeni carminibus, et Synesianis hymnis Romae sub Ciprilli, patriarchae Alexandrini, nomine typis vulgati sunt. apud Franciscum Zannetum in 8vo anno 1590. 66)
- [P] 3. Eodem iambico metro Ioannis Philoponi, et fectatorum haeresim oppugnauit. [sed diffentit Fabric. 1. c. p. 617.]
- [P] 4. Ex Heracliade, ") quod vnum opus fuisse videtur da) cum co, es rov κατα Περσών πόλεμον, de Persico Bello, desumta sunt, quae refert Ioannes Tzetzes Chiliad. 3. histor. 66. vbi et octo iambos illius") producit, qui more illius poetae elegantistimi sunt.
- 5. Eodem auctore, Anastasii, martyris "), vita exstabat in bibliotheca Antonii Augustini cod. LXL
- 6. Posseuinus scribit, Pissidem de gestis imperatorum Constantinopolitanorum gg) adseruari in bibliotheca Vallicellana, quam tamen licet anxie perquisiuerim, saepeque indicem, et potissimam librorum partem peruoluerim, ad hunc tanten diem nusquam tale opus occurrit. O vtinam, quod non credo, esset. Errorem inde natum existimo. librorum graecorum indicem confecit, quum in cod. bibl. CXII. antiquo fatis et optimae notae historiam de imperatoribus Constantinopolitanis in principio reperisset, cam tamen zikėΦαλον plurimarum paginarum amissione, quam postea opus in Exahemeron Georgii Pissidae excipiebat, quum non aduertisset historiam primam de imperatoribus, Constantini Manassae Synopsin este, eam Georgio Pissidae, sequentis operis auctori, sed oscitanter nimis donauit, et rerum harum anxiis fucum fecit. Pissidae testimonio vsi sunt Isaacus Tzetzes in Cassandram Lycophronis, Suidas saepissime, et alii.
- [P] 7. An postea in episcopatum Nicomediensem promotus idem cum Georgio Nicomediensi fuerit, cui plures, nec illaudabiles orationes panegyricae ha) tribuuntur, in du-
- bb) De codd, et editt. iam, quae necessaria scitu essent, adfatim disputata sunt, supra in vol. VIII. cit. p. 612. fq. ideo, quae Allatius protulerat, h. l. resecui. De cod. Bauar. CLXXXIX. in quo exftant Pisidae iambi f. sizes inpenei sis ras if huigus the noomegylas, vid. cel. Hardt. in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 12. p. 39. fq.
- cc) Meminit Suidas in Νυμφίος et Γεώργιος. Harl.
- dd) Imo diversum. [v. Fabric. l. c. p. 616. nr. 4. et 5. et 6.
- Pisidae, sed Tzetzae et ipsius:
 - Οἱ χρονικοὶ ταῦτα Φασὶ, καὶ σύν αὐτοῖς Πισίδης, Βμινήσθην δέ σε ήρε αυτός το έρανο ενώνε,

*Ιάμβει γράψαι είς το ναον ών τες πολλές ξάσω, Τες δε έντουθεν λίξακαι κλέμμα σοι γεγονένας. Deinde iambi ipsi sequuntur.

- ff) Intellige Anastasium Persam, de quo Surius et Acta Sanctor. 22. Ianuar. [v. Fabr. 1. c. p. 616. nr. 7.]
- gg) Chronicon a Georgio Piside et Cyrillo decerptum ex codice bibl. colleg. Annaei Aug. Vindel. legisse se profitetur Raderus praes. ad Chronicon Alexandrinum, quod et ipsum ad Pisidam volut auctorom, fed parum costa coniccura referebat vir fummus, I. Vsserius. [sed y, supra, ee) Septem iambi, quos ibi legas, non sunt vol. VII. p. 449. sqq. p. 472. sqq. ac de edit. fidae, sed Tzetzae et ipsius:

 p. 532. sub fin. Hart.
 - hh) De his infra p. 312. seq. ed. Paris. set add. supra ad vol. VIII. p. 619, mot. 1.]

bium, nec immerito, verti poterit. Alium tamen hunc a Nicomediense Georgio, qui temporibus Photii, Photio ipsi operam nauarat suam in Photiana synodo, annorum ipsa spatia abunde probant: a Sergio enun patriarcha, cui in Exahemeron opus inscripsit, ad Photiana tempora anni ducenti et quinquaginta plus minus intercedunt. Si Nicomedienfis episcopus fuir, alius ergo ab hoc omnino erin. Et fuisse episcopum, illo forsan non male suaderi possumus. Nam oratio ii) in verba Ioannis, stabant iuxta erucem lesu mater, et soror matris, etc. cuius initium est, προς ύψηλοτάτην περιωπήν ήμῶν ὁ λόγος, in manuscriptis codicibus Georgio Nicomediensi adscripta, in codice also manuscripto, quem Chii videre contigit, in quo eadem oratio fusior, ac multo ampliòr legitur, Pissidae cognomen Georgio Nicomediensi adiungit; sic enim legit, Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδοίας το Πισσίδη. Exscriptoris lapsum, cui ista non placuerint, in codice esse, et puerilem oscitantiam, qualia multa in titulis praefigendis fieri amant, fatebitur. Non contra ibo. Immo lapfum con-Пเฮซเอีย์สร namque, quum in exemplari, vt verisimillimum est, legeretur, in Pistidem ad pauca intentus exscriptor transmutavit. Diversusque etiam est ab alio Georgio Pissidae episcopo, cuius memoriam Graecorum fasti die 19. Aprilis celebrant, fastu ac tyrannide iconomachorum martyre, quum hic Antiochiae Pissidenae fuerit antistes. ອ້າວຣ ວໍ ລ້າງເວຣ ἐπὶ τῶν χρόιων ἦν τῶν Εἰκονομάχων ἐκ βρέΦους τῷ Θεῷ ἀνατεθαμένος, καὶ διὰ τὴν ὑπερ-Βάλλουταν αυτέ άρετην έπίσκοπος χειροτονέται Αντιοχείας της Πισσιδείας. Ηις ζαηθίας sub iconomachis viuebat, a pueritia Deo dicatus, et ob excellentem virtutem Antiochiae Pissidiae episcopus eligitur. In re tamen obscurissima non diutius immorandum mihi esse censeo.

 Pissidae apud Graecos, et illius carminum tauta suit aessimatio, vt plerique eum Euripidi comparare, multi anteponere non fine animi contentione, lite etiam mota, prae-Hinc Andronici Ducae frater Michaelem Pfellum interrogat, Tis 5171/cm xpertτον, ὁ Εὐριπίδης, η ὁ Πισσίδης; Quis melius carmen condit, Euripides ne, an Pisides? Cui elegantissima, atque eruditissima, itemque longa epistola 44) inter alia de Pisside, neque enim omnia referre opus est, ita Psellus respondet: τετο δε παντός [P] ενεκα προκείσθω τε λόγε, ετι τὰ μέτρα, κοὴ εί ξυθμοί έτερότητας μυρίας παρά τε χρόνου ἐδέξαντο, κοὴ έτε το ήρωϊκον μέτριν την άρχαιαν νυν σώζει μεγαλοπζέπειαν, έτε έν τοῖς άκριβετάτοις μέτροις ξαται, άλλα τῷ δακτυλικῷ κρὴ σπονδαϊκῷ κρὴ ίθυΦαλλικά μέτρα, κρὴ ἰωνικαὶ συζυγίαι αναμεμίχαται ' έτε το ιαμβικον μέτρον τας αυτάς αναπαύσεις, και τές αυτές δυθμές, και την αυτήν συνθήκην τοις προτέροις έχον προφαίνεται, αλλά θεατρικώτερον νον έςλ και ώσπες έπι ζεχήτεας απηναισχύντηκεν, και πάσης μεν ύπεςάλλεται βάσεως, παντός Αν δυθμε ύπερίπταται, και μόνον νον ζηλωτόν το άττον τε μέτρε, και λαμβόκροτον. ή μέν τοι τραγική ποίησις διαφόροις τε φυθμοῖς κοσμυμένη, κοὺ μέτρα ποικίλα λαμβάνυσα, έ πάντως έξοςμεται τας υποθέσεις, εδ υπεράλλεται, αλλ' έτι μέν ε και τες ευκρότες ήχει ζηλοί, και την ποδικήν ευρυθμίαν προκρίναι, και το λόγο ται έμμετρος συζυγίας -ασπάζεται. οπη δε δόζα τω ποιητή μεταβάλλα τε το τόνο, κού τον δυθμον έξαλλάττα, χαι ποτε μεν αυτήν αςπάζει ο έυθμος, ποτε δε βαίνει έπι τρισυλλάβε, ή τετρασυλλάβε

ii) De hae infra, p. 313.

XXXIII. Pselli epistolas adhue ineditas, quas kk) Videtur haec suise inter illas circiter memorat Allatius de Psellis c. LXVIII.

The βάσεως. Hot vero anteromnia sermoni praeponendum est: Metra nempe, rhythmosque ab ipfo tempore innumeras variationes accepisse; metrum heroicum antiquam hoc aeuo neque servare magnificentiam, neque in exquifitissima metrorum regula consistere, sed dastylico et spondaico, ithyphallica metra et iambicas combinationes immisceri; pari modo iambicum metrum easdem pausas, earumque rhythmos, eamdemque compositionem, quibus veteres vtebantur, non continere; sed illud nunc temporis theatris magis accommodatum, ac velut in orchestra inuevecunde tripudians omnem basem transilit, et omnem rhythmum superuolat, tantum nunc carmen illud imitari studemus, quod subsiliat, et vt solet iambicum perstrepat. Tragica autem poesis diversis exornata rhythmis, et carminum vario genere constans non semper extra materiam divagatur, neque subsaltat, sed nunc bene sonantes tonos gemulatur, et pedum accuratum rhuthmum praeponit, beneque commensuratas sermonis combinationes amplestitur: vbi vero id visum poëtae fuerit, tonum immutat, et rhythmum variat: et nunc quidem rapitur a rhythmo, nunc vero fuper trifyllaba, aut tetrafyllaba bafi graditur. His praefuppolitis Pfellus postmodum dictione, formaque carminum, ac figuris Euripidis examinatis, iudicium fuum de Piside subneclit: ὁ δ' ἐκ Πισσιδέκας σοΦὸς οἶμαι τῆς ἐλάττονος Αντιοχέκας, ποιητής μὲν ἐκ ἐςιν ἐπῶν, έν δε ζηλώσας γένος μέτρον το ιαμβικον, Φημί δη το αρχαΐον, κού μονομερές, κού περί τότο τὰ πλώτα πραγματευσάμενος, ποικίλλα μεν έδαμε την ποίησιν. Et: εν πάσι δε άβίαςος αὐτῷ ἡ άρμονία, ὦσπερ ἐκ ἐνθυμεμένω, ἔτε τὰ νοήματα, ἔτε τὰ ῥήματα, ἀλλ αναγινώσκοντι ταυτα προκείμενα, έλληνικά τε αυτώ τα όνόματα ξύμπαντα, καί μετα τε μεγαλοπρεπες εύηχα. [[]] εἰ δὲ τροπης άψοιτο, εἶτε της ἐν παιδιαίς, καὶ ἐν χάρισιν, έτε της εν σεμνότητι, έτω δη πεοβιβάζα τῷ λόγω τὰ μεμετεημένα, χομ έτως οἰκάως τίθησιν, ως μη δοκείν τι παραφθάρειν την ετέραν υπόθεσιν, άφ ής επί την οικέαν ώρμήθη. νόσημα γεν είπων εν τω λόγω, εύθυς την ιατεικήν πάσαν έπισυναιες, μήτε των αιτίων Φειδόμενος, μήτε των, οίς θεραπεύεται τα νοσήματα. καν σειραν θρανόθεν έξαρτύση, καί τινας δυνάμεις ταυτης έξάψη, εύθυς οι δεσμοί, και τα έξαςτύματα, και όσα της ακρότητος, χοψ οσα τε ακροτελεύτε της χαλαρας έκεινης άλύσεως. καν τας ώρας συναγάγη, καὶ συνελίζη, ώς ἐν χοςῷ, βαβαὶ τῆς τῶν χειςῶν ἀντεπιβολῆς, καὶ τε κύκλε, καὶ της λέξεως, και της περιόδε, και τε έπώδε, και της 5ροφης, και της αντι5ροφης, και της κινήσεως. 📑 δὲ κφὶ Θεατείζων αίροῖτο τον λόγον, καὶ τετράπωλον την συνθήμην έρῷ τῶν ώρων. πόσα μεν πεςὶ ἡνιόχων Φθέγγεται, και τῆς ἀρίσης ἡνιοχήσεως; πόσα δὲ περί ζυγών κώ τροχών, κού χοινικίδων; όποῖου δὲ αὐτῷ οὐ πλημνου, κού ού τῶν τροχῶν ἀΨῖδες, τώ τε ίππεια Φάλαςα, και Φευάγματα; καταβαίνει δε ο λόγος αυτώ και μέχςι τών τελευταίων της τέχνης, καὶ περὶ αὐ κόδε αὐτοὶ εἰποιεν οἱ τὴν τέχνην πραγματευόμενοι. 🛭 εἰ δὲ καὶ Φάλαγγας αλλήλας Φήσειεν, ευροις αν έκεισε την ίππικην απασάν, και πεζικήν σύνταξιν, τες δορυΦέρες, τες ακοντικάς, τες τοξότας, τον έναμοτίαν, τον ήμιλοχίτην, τον έραγον, τὸν παραςάτην, τον ἐπιςάτην, καὶ ὦσπερ ἀπὸ σΦενδόνης αὐτβ οἱ ςἰχοι ἄλλονταί. Εχ-Pissidia vero sapiens minoris Antiochiae, ni fallor, poeta quidem carminum non est, sed, quum vnum fibi carminum genus ad imitandum proposuisset, iambicum duntaxat, sed antiquum, et fortis vnius, et in illius curam maxime occupatus, nullo in loco poesim variat. Et infra: In omnibus harmoniam ambit minime coastam, at si non tunc et sententias, et verba meditaretur, sed ante fibi posita percurreret. Graeça sunt universa nomina, et non fine magnificentia sonora. Quod si aliquando tropo vsus fuerit, siue so, qui in ludicris et venustis, siue so, qui in grauitats

eft, ita carmina oratione concinnat, et ita proprie adcommodat, ut non externam materiam, ex qua in propriam adpellit, vitiare videatur. Morbum itaque fi in oratione aliquando dixerit, illico et medicinam omnem interserit, neque a caussis edicendis abstinens, seque remedia, quibus morbi curantur, praeterieus. Si vero catenam a coelo meditatus fuerit, eiusque facultates aliquas addiderit, statim et vincula, et suspensiones, et quae summitates, et qui sunt sines illius laxatae catenae enunciat. Quod fi horas in vnum reduxerit, et ad choream ducendam compulerit, papae! quae est manuem complicatio, et circulus, et dictio, et circuitio, et epodus, et strophe, et antistrophe, et motus? Quod si veluti in theatro sese experiens orationem componat, et horas una sunul quadriga vehi dixerit, quanta [P] ille de aurigis, deque optima aurigatione pronunciat, quanta de iugis, rotis, et modiolis, quae ipfi sunt fistulae et rotarum apfides, equorum phalerae, atque hinnitus? Et oratio illius ad minutissima quaeque artis procedit, de quibus neque ii, qui artem illam callent et profitentur, dicere possent. Si phalangum mentio incidat, equitum universam ac peditum seriem reperies, hastatos, iaculatores, sagittarios, decanum, hemilochitem, vragum, parastatem, epistatem, et tanquam a funda carmina illius exiliunt. An quid aptius pingi potuit? Pissidae nobis carmina praeter pauca tempus inuidit, nihilominus cum Pfelliana percurro, quantum in eo feribendi genere Piffides valuit, deprehendo.

VII. GEORGIVS NICOMEDIENSIS ") multa scripsit. Orationum valde elegantium meminit Posseuinus, licet eum possea Gregorium nominet, sateaturque, scriptas
reliquisse orationes panegyricas centum et ieptuaginta, et exstitisse Constantinopoli. Namque in bibliotheca patriarchae, Georgii, metropolitae Nicomediae, orationes panegyricas valde
pulchrae; et in Cantacuzeni, Georgii, metropolitae, liber panegyricas orationes completiens
centum septuaginta, recensetur. Sed quis non videt, exscriptoris incuria id sactum, vt pro
Georgio Gregorius irrepserit?

1. Quumque in nonnullis orationibus modo Georgii Nicomedienlis, modo Georgii, chartophylacis, in diuersis codicibus profligatur: indicium non leue erit, eumdem este Nicomediensem cum chartophylace; quod postea confirmauit codex perantiquus, in quo oratio illa in praesentationem Virginis legebatur, cuius illud est principium: καλας ήμικ υποθέσεων, in titulo namque praenotabatur: Τεωργία Χαρτοφύλακος, τε υπερον γεγονότος μητροπολίτα Νικομηδείας, Georgii, chartophylacis, qui postea suit metropolita Nicomedienses.

[Quae scripserat, aut scripsisse dicitur, et ab Allatio paullo vberius recensentur, in compendium reducere iuuat, quod ea etiam maximam partem iam locis, a me citatis, a Fabricio memorata sunt. — Neque tamen ἀσύμβολος discedam.

2. Gcor-

11) Ad hunc Georgium Nicomediensem archiepiscopum ac metropolitam exstant Photii patriarchae epistolae plures, 84, 166. 210. 221. 224. 235. 243. 295. 296. 318. 580. Hinc patet, eum recte a Cauco [tom. II. hist, litter. SS. eccles. p. 69. et ab Qudino tom. II. commentar. de SS. eccles. col. 392. sq.] putari vixisse circa a. C. 880. male vero

Vol. XII.

a Combessis in auctario nouo consundi cum Georgio Pisside et ad Heraelii tempora reserri, quod deinde ipse agnouit Combessius in bibl. concionatoria, [v. supra, vol. VIII. p. 613. not. i.] Hippolyto Maraccio autem indignatur, quod in Maria suo Georgium sanctum adpellasset.

B

Digitized by Google

- 2. Georgii, chartophylacis magnae ecclesiae, encomium in dedustionem Desparae in templum eiusque consecrationem. v. supra, vol. X. p. 279. Inc. Quedeou to this muescons coetime etc. In bibl. Vaticana, Antonii Augustini Veneta, in cod. Naniano CCCVIII. (v. cat. codd. gr. Nan. p. 522. nr. 23.) tribuitur Nicomediensi cum titulo eis tai eiochiae etc. in ingressum deiparae, quum trimula in templum est dedusta. Eadem oratio est Mosquae in cod. synodalis bibl. CCLXXI. nr. 7. atque, sed cum inscriptione, quam Allatius sequenti orat. praesixin ibid. in cod. CLXXI. nr. 22. v. Matthaei not. codd. gr. Mosq. p. 169. et 103. Paris, in vndecim codd. bibl. publicae exstat homilia in S. Deiparam, quando triennis templo reddita est: v. ind. ad cat. MSSt. regg. bibl. Paris. vol. II. p. XIV. Oxon. in bibl. Bodl. cod. Barocc. CLXXX. in cod. Bodlei. MMD. sed in cat. MSSt. Angliae I. p. 129. initium non additur. Quare nescio, num haec sit, an sequens oratio: vtraque autem ibid. in cod. Selden. LIII. siue nr. 3383. dicti catal. Vulgauit gr. et lat. Combessisus in auctario nouo bibl. patrum, Paris. 1648. sol. pag. 1069. cum notis, et aliis huius Georgii oratt. et Combessisus Allatii codicem cum Mazariniano tertioque suo contulit. Hars.]
- [P] 3. Eiusdem chartophylacis Encomium alterum in eamdem festiuitatem, es την επεραγίαν Θεοτόκον, ετε απεδόθη εν τῷ ναῷ τριετίζουσα ὑπὸ τῷν αὐτῆς γονέων. In san-tissimam Deiparam, quando ad templum est triennis a parentibus suis dedutsa. mm) Princip. καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων ἀρχὰς ἡ παροῦσα πανήγυρις δεκκυσεν. [Vid. supra vol. X. p. 279. MSt. Mediolani in bibl. Ambros. Florent. in bibl. Laurent. cod. XXXI. nr. 6. v. Bandin. cat. codd. Laur. I. p. 442. in cod. Nanian. CCCVIII. nr. 25. in codd. Coislin. CXLVI. et CCLXXIV. v. Montfauc. bibl. Coisl. p. 212. et 388. vbi vero inter orationes scriptorum eccles.

mm) Dedit idem Combefisius ibid. pag. 1091. ae praeterea aliam homiliam eiusdem argumenti pag. 1113. [quae exstat sub nomine Georg. Nicom. Venet. in cod. Nanian. cit. CCCVIII. nr. 24. v. cat. mem. p. 522.] quae incipit: al rur Salur surγγύρεων ελλάμψας. In bibl. Caelarea exstat etiam inedicum adhuc Georgii huius ἐγκώμων ακ τον προ-Φήτην Ζαχαρίαν ης) αι Ελισάβετ την προφήτιν, ότε ewithuser lucimm ver agodponer net suarien. Encomium prophetae Zachariae et Elisabethae prophetidis, quando concepit Ioannen, prodromum et baptistam. Incipit: κέχη τῷ κόσμφ χαρας τὰ σρος τον Ζαχαρίαν τε 'Δγγέλε Γαβριήλ Ευαγγέλια. अको πείοτη πιτοϊε άγαλλίασιε. το τε πεγάλε πεοδρόμε youishior non yag etc. Vide Lamber. VIII. p. 222. ff. p. 472. fq. Kollar. in cod. XV. nr. 5. v. supra, vol. X. pag. 257. Harl.] Lambec. notat, Georgium hunc in MSS. codicibus non raro adpellari Rhetorem, Tempysos apxienionones Ninomydaus ? Prixue. In bibl, Coisliniana Montfauconi p. 388. cod. CCLXXIV. et] p. 423. [cod. CCCVII.] memoratur itidem inedita adhuc Georgii Nicomedianfis

homilia in hypapantem. Incipit: Tu vie suessus legus munyvesus h dyy. Georgium Nicomediensem metropolitam, libro de traditionibus ecclesiae laudat Nic. Comnenus Papadopoli in praenotionibus mystagog. pag. 398. Fabr. Num orat. in depositionem pretiosae vestis Deiparae in Blachernis, nostro Georgio, an Theodoro sit tribuenda, v. supra, vol. X. p. 285. sine nomine auctoris Florent. in cod. Laurent. XVII. nr. 35. plut. 9. v. Bandin. cat. codd. gr. Laur. L. p. 419. qui cam tribuit Georgio nostro, et citat Combefis. auctar. nou. tom. II. p. 751. et 785. et Georg. Nicom. adscribitur in cod. bibl. publ. Parif. MCLXXVII. nr. 2. sec. cat. MSS. Par. bibl. -Diversus est Georgius rhetor The Margonolous alsa. qui graece reddidit Richardi latini librum contra Mohamed. (Manned.) inc. word won af futρος τε δούλε σου et habet 17. capp. atque librum contra Saracenos. inc. of augunnoi hiperry apagnet ng) is μαηλίτας · Mosquae in cod. synod. CCCXLVIL. nr. 3. et 4. v. Matthaei not cit. p. 224. Harl.

eccles, in nativitatem deiparae habitas numeratur. — Oxon. in bibl. Bodlei. codd. Barocc. CXCVII. et CCXXXIV. — ibid. in cod. Oliu. Cromwell. CIV. s. nr. 283. cat. MSSt. Angliae etc. vol. I. — Mosquae in cod. synod. CLXXI. nr. 23. et CLXXII. nr. 4. v. Matthaei Not. codd. gr. Mosq. p. 103. et 104. Harl.]

- 4. In haesitationem Iosephi et in virginem colloquium. Princ. Rados per o vis sunes. Seias vouos Exstare in Vaticana, ait Posseuin. in indice bibl. Vaticanae.
- 5. Eiusdem Nicomediensis oratio in Deiparae natinitatem, quae incipit: εἰμετρέται γη σπιθαμή, καὶ σπαρτίω περιγράΦεται θάλασσα. [P] Edita est graeco-latine sub
 nomine Germani, archiepiscopi Constantinopolitani, interprete Andrea Schotto, in bibliotheca patrum graeco-latina tom. II. pag. 450. reclamant tamen codices antiquissimi, stilus et
 modus, et Georgio adserunt.***)
- 6. In immaculatae Virginis in sepulero adsstentiam, et gratiarum actio pro gloriosa resurrectione. 60) P. Φωνή αγαλλιώσεως προοιμιαζέτω σήμερον. Allat. V. supra, vol. X. p. 282. vbi quoque excitatur alia Georg. Nicom. oratio in adsistentiam Mariae ad crucem et sepulerum: quae etiam exstat Vindob. in cod. caesar. XXXV. nr. 30. v. Kollar. supplem. ad Lambec. comm. I. p. 260. sq. Prior, quae incipit Φωνή etc. est Oxon. in cod. Baroce. CXCIX. Paris. in bibl. publ. codd. DXX. nr. 32. DCCVIII. nr. 2. DCCCLXXII. nr. 38. MDV. nr. 20. et MDXCV. nr. 26. sed in catal. nullibi additur orationis principium. Pariter a Montsauc. in diario ital. p. 365. simpliciter memoratur cod. Florent. monast. Adnuntiat. Georg. Nicom. in S. Virginem. Harl.

In Sanctos, et miraculorum patratores Cosmam et Damianum. P) P. την σην, ω των καλων έξασα, θαυμάζειν μετ' έμοι. In bibl. regis Galliarum cod. CCLXX. [sec. cat. MSS. illius bibl. vol. II. in cod. MCLXXVII. 1.] seruanturque penes me. Eiusdem

7. In conceptionem sanstae Annae. 41) P. εδεν ήδύτερον, ή περιχαρέσερον της παρέσης ἀν κριθείη. Allat. Conf. supra, vol. X. p. 196. Georgii, chartophylacis, sermo in conceptionem S. Annae, Venet. in bibl. Marc. cod. CCCLXIII. v. cel. Morell. bibl. MSS. gr. et lat. I. p. 236. inc. οὐδὲν ἡδύτερον — Paris. in bibl. publ. cod. MCDLVIII. sunt sec. cat. MSSt. Paris. II. nr. 16. Georgii Nicom. episcopi homilia in conceptionem; quae incip. εδεν δεύτερον nr. 17. alia in conceptionem, nullo initio orationis addito; et nr. 15. homilia in salutationem b. Mariae: quae incipit: λαμπρά μὲν κοὴ περιφανής quam a Combessio editam esse, iam Fabric. in nota declarauit. Harl.

B 2

8. In

un) Imo Andreae Cretensi, cui tribuunt codices caesarci, Mazarinianns, et Seguierianus. Et sub Audreae nomine edidit graece et lat. Combessisse, vt dixi supra [vol. XI. p. 73. et 161. nr. 7. add. vol. X. p. 278. vbi tres aliae Georgii Nicomoratt. in Mariae natiuitatem memorantur. Harl.]

00) Edidit gracce et latine Combefifius in au-

pp) Idem p. 1192.

qq) Edidit idem Combesisius in auctario nouo tom. I. p. 1015. gr. et lat. ac praeterea aliam homiliam di τὸν χρηματισμόν τῆς συλλήψους τῆς άγίας Θεοτόπε, in oraculum conceptionis S. Deiparae. Incipit: λαμακρά μέν της στροφατής.

- 8. In conceptionem beatissimas Deiparae. P. εςανῶν τη ή γη τῶς της χάριτος μαρμαρυγαϊς. Allat. conf. supra, vol. X. p. 277. Florent. in bibl. Laurent. cod. IV. nr. 21. plut. 4. v. Bandin. cat. codd. gr. Laur. I. p. 521. qui, est, inquit, Georgii Nicom. (cui tamen adscribitur in cod.) vel Iacobi monachi ex monasterio Coccinobaphi. Harl.
- 9. In illud: stabant ad crucem Iesu mater ipsius, et soror Maria Cleopae, et in sepulturam Domini. P. προς ύψηλοτάτην περιωπην ήμεν ο λόγος αναθραμών, γεγονωτέρα το αλπεγγι. In biblioth. Antonii Augustini cod. XXIV. [nec non in cod. caetar. CCCXV. et in cod. Mosquensi, ad not. h. laudatis, ad nr. 5.] sub nomine Georgii, rhetoris, episcopi Nicomediae legebatur. Hinc notare poteris nominum similium consussomem. [v. supra, vol. X. p. 282.]
- 10. In Palatina habebatur praeter iam diclam, in conceptionem Deiparae oratio secunda. P. ήδεια μεν ή της παρέσης ευθρεσώνης προσηγορία. [v. supra, vol. X. p. 277.]
- [P] 11. Georgii Nicomediae archiepiscopi de cruce, quam falso quidam Pfello adscripserunt, gracee MS. in 4to biblioth. imp. Viennae. Epitome Gesneriana. Miror praeteritam a diligentissimo Gretsero. Et quinam hi erunt, qui Psello tribuant? In codice meo satis antiquo, lacero, exesoque habetur oratio Michaelis Pselli, eis την σαυρωσιν τε κυρίε ήμων Ιησε Χρισε. Ιπ crucifixionem Domini nostri lesu Christi. P. τον τε σαυρε λόγον ο μεν Θείος απόσολος τοις μεν απολλυμένοις μωρίων τίθεται. Satis prolixa et elegans, lacera tamen et ipsa, qua sane nihil in eo argumento vidi accuratius aut grauius, quod et adnotauit in eius principio, nescio quis: ἔτι δὲ καὶ ἔτος τῶν πάνυ ἐξαιρέτων. Est autem et haec oratio praessantissima. Eam tamen huius Georgii non esse, stilus ipse, et modus rerun tractatarum arguit, quae euidentissime Psello vindicant. [sed conf. Lambec. IV. p. 44. sqq. Koll.]

12. Scripsit

fiss p. 1043. Primusque illi videtur Georgius hic, qui in conceptionem b. Mariae tamquam in peculiare ac solemne festum publice perorauit.

ss) Leg. γεγωνετέρα σάλπιγγες ήχη. Edidit Combessius p. 1137. sqq. supravol. X. p. 282.] De codicibus MSS. caesareis vide Lambecium IV. p. 21. V. p. 144. 277. Fabr. siue ex ed. Kollarii, IV. p. 43. sqq. in cod. CII. nr. 3. — vol. V. p. 304. in cod. CCXLIX. nr. 12. (vbi monet, et priorem et posteriorem codd. caes. propter varr. lett. esse dignos, qui cum ed. Combessis, diligenter conferantur), ac p. 583. nr. 5. cod. CCCXV. — in cod. caes. XXXV. nr. 30. teste Kollar. in supplem. ad Lambecii comm. p. 260. — Item Paris. in bibl. publ. CMLXXX. nr. 4. — in cod. Coislin. CCLXXXV. et GCCIV. nr. 34. v. Montfauc. bibl. Coisl. p. 401. et 419. — Oxon. in codd. Barocc.

XL. et CCXLI. — in cod. Th. Gale XXVI. f. nr. 5860. cat. MSSt. Angliae, vol. II. et cod. Ge. Wheleri XXII. f. nr. 9094. dicti catal. — Romae in aedibus Barberin, v. Montfauc. diar. ital. p. 215. — Mosquae in cod. synod. CLXXXIII. nr. 28. v. Matthaei Notit. gr. codd. Mosq. p. 118. vbi V. cel. in nota k. "in ecclesia, inquit, graeca in hunc diem, (f. yt in textu gr. legitur, τη άγία και) μεγάλη παρασκευή.) legitur Matthaci 27, 1. Hic autem explicat Ioan. 19, 25. V. secundam meam enangeliorum edition. p. 747. not. I. Récius ergo inscribitur. in passionem, (de re au 300). Est enim euangelium nonum rar aylar magar." In magnam parascenen hom, Paris. in bibl. publ. codd. DCXCIX. nr. 2. MCLXXIX. nr. 35. et MCLXXXVI. nr. 18. Romae in bibl, Vatic. v. Montfauc. Bibl. biblioth MSSt. p. 142. B. et de aliis p. 544. E. 701. C. et 1062 B. Hart.

12. Scripsit item Troparia varii generie, ex quibus memini, in libris ecclesissicis Graecorum legere: In omnes sanctos Patres, qui ad sacras synodos oecumenicas) conuenerunt. In S. Ioannem Chrysostomum. In Professum introitus Virginis in templum. and Et plura scripsisse sicule et Canones vero simillimum est; quae quum Georgii tantum nomen praeserant, aliique eiusdem nominis id idem compositionis studium excoluerint, incertum remansit, cuinam ex illis potius tribuenda sint. Eorum nihilominus elenchum sub Georgii Siculi nomine comperies. v) Nicomediensis laudatus ab Hippolyto Thebano in Chronico, in Antiquit. Canissi. Apud Possevinum in indicibus legitur, Georgii diaconi oratio, in Medicea. An ea suerit Nicomediensis opus? haereo. Allat.

[Oxon. in cod. Barocc. XL. Georgis Nicom. homil. in Dominica Palmarum: inc. δ μεν νές προκαμένων et in cat. MSSt. Angliae etc. I. p. 4. adnotatur, in eod. codice Barocc. sub sin. indicis, praesixi homiliis Theophanis, quae in illo cod. primum occupant locum, sequentes homiliae tribui Georgio Nicomediens, vtounque tituli nullum praeserant auctorem: n. in dominica Iubilate, inc. έρρτη νη των Ικραίων, et in dominica Rogationis; init, εξεισι μεν έκ τε seρε. — In ind. ad vol. II. cat. MSS. Paris, regg. nr. 4. in cod. MCXCVIII. haud recte, vt opinor, adscribtur Georgio Nicomed. sed in recensione codd. p. 125. Georgio, Caesarions presbytero, (qui floruit circ. a. Chr. 940.) de trecentis viginti SS. patribus, qui caucilio Nicaeno intersuerunt. — Florent. in cod. Laurent. XXIII. nr. 2. est sermo in SS. CCCXVIII. patres et in imperatorem, dictus a Georgio presbytero Caesareae Cappadociae: incip. Πείθεσθαι τοῦς πγεμένοις etc. v. Bandin. cat, codd. gr. Laur. II. p. 683. sq. et supra, vol. XI. p. 627. sq. vbi plures Georgii nominantur. — Georgius quidam presbyter occurrit supra in vol. X. p. 336. Georgius, presbyter Cretenses, quosdam codd. descripsit. v. Morell. bibl. MS. gr. et lat. I. p. 114. 117. 137. Harl.]

13. Georgii, chartophylacis magnae ecclesiae, chronicon est Scoriaci in bibliotheca regia, Γεωργίε ΧωρτοΦύλακος της μεγάλης εκκληρίας Χρονικόν. I, 9, 4. VI. γ. 2. et alia. An idem com superiore? quum non viderim, vah quomodo me ex hac turba expediam? Allat. Paris. in bibl. publ. cod. MDCCIV. Georgii monachi chronicon, ab orbe condito ad tempora vique Maxentii imperatoris; — in cod. MDCCV. Georgii monachi chronicon, ab orbe condito ad Michaelis imperatoris et Theodorae eius matris tempora; — in cod. MDCCVI. Georgii Hamartoli, (de quo v. infra §. XXIV.) chronicon; in codd. MDCCVII. et MDCCVIII. eiusdem chronicon, auctum et interpolatum, partt. I. et II. v. infra, §. XXIV. et in cod. MDCCXI. Georgii monachi, Tarasii patriarchae, et Syncelli chronographia, ab Adamo ad Diocletiani vique imperium deducta: quae omnia in indice ad vol. II. cit. bibl. p. XIV. Georgio Nicomediensi perperam adtribuuntur. add. Montsaue, bibl. Coisl. p. 205. cod. CCXXXIV. p. 419. et 425. Venetiis in bibl. Iustinian. cod. Georgii monachi historia ab Adamo ad Romanum Diogenem: v. Montsaue. diar. italic. p. 435. — De alius Georgii monachi

uu) Idiomela hace tria Allatio memorata exhibet gracce et latine Combefifius, primum qui-

dem et secundum p. 1221. et tertium 1136. [conf. supra, vol. XI. p. 78. Harle

" vv) hifra p. 337. feq.

tt) Speciatim Nicaenum, de ves uyles murique

machi chronico v. supra vol. VII. p. 685, sq. Cauci dist. I. ad histor, litt. SS. eccl. II. p. 9. et Oudin. comm. de SS. eccl. II. col. 461. sq. ad a. 956, et col. 768. sq. de alio Georgio monacho chronici quoque auctore, ad a. 1080. Nam plures suerant Georgii monachi. Conf. §. XXII.

Alius est Georgius chartophylax, Callipolitanus, cuius versus jambici de Roma, Federico imp. obuiam procedente, exstant Florent. in cod. Laurent. X. nr. 45. plut. 5. et gr. editi sunt a Bandin. in cat. codd. Laur. I. p. 25. sq. In eod. cod. sunt nr. 47-52. ac 54-59, alia eiusd. carmina; in his versus duodecim, (quos gr. exscripsit Bandin. p. 27. adpellatque Muratorium in Annal, ital. tom. VIII. p. 274. sq.) in Parmam rebellem: quod incidit in a. Ch. 1247. Harl.

Ibid. in cod, XVII. nr. 4. plut. 87. est Georgii Amerutzae ww) schedula, quod intellectus non sit communis omnium hominum, vt quidam existimant sensisse Aristotelem; inc. Τὸ κόσος, ῷπες ὑΦίζαται τὸ ἀτομον v. Bandin. l. c. III. p. 403. — Ibid. in tom. l. p. 254. citatur Georgius quidam in Florileg. sententiarum.

Georgius Arater, Cretensis, euius manu Simplicii comment. in Aristotelis libr. de coelo in cod. Veneto Marc. CCXXI. scriptum esse, denotant versus, duobus prioribus Simplicii libris adiecti: quos edidit cl. Morell. in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 129. Harl.

VIII. GEORGIVS, fine ELEVSIVS PRESBYTER ex oppido Adirgemaro precibus Theodori Sicaeotae ***) a parentibus sterilibus impetratus, ipsi Theodoro postea oblatus, ab eodem educatur, et litteris imbuitur: cum quo quum per annos duodecim vixisset, post eius mortem, [P] quidquid ipse de eo oculatus testis viderat, vel a ministris eius et spectagoribus audierat, scripto, satis prolixo, verum pio ac solido retulit. *** Editum est latine apud Surium 22, Aprilis. Georgius hic storebat circa Constantini IV. imperatoris Heraclii silii ***) tempora. Allat. Cons. Ger. Io. Vossiur de histor. graecis, libr. II. cap. 23. p. 279. et Oudin. comm. de SS. eccl. tom. I. col. 1612. sq. ad a. 640. Harl.

IX. GEORGIVS CYPRIVS pietate celebris, et pro christiana et catholica religione certaminibus clarus, quem sub Constantino Copronymo iconoclastarum conciliabulum

ww) Patria Trapezuntinus, Logotheta et protouestiarius, claruit a. 1461. postea Muhamedanismi errores amplexus est. Scripsit adhuc Christianus de iis, quae contigerunt in synodo Florentina contra unionem, cuius operis meminit L.
Allatius de consensu, col. 883. 908. 1373. 1375. 1379.
et varia ex eo profert fragmenta ib. lib. III. c. 1.
S. 4. et c. 2. S. 2. atque in Addend, ibid. col.
1373. 1375. Exstat, teste Labbeo bibl. MSS. cat.
p. 334. dialogus de sids in Christum cum rege
Turcarum, et epistola ad Bessarion. cardinalem.

V. Rob. Gerium in addend. ad Cauei hist. litter. SS. eccl. II. p. 182. sq. Hari.

xx) Defuncti a. 613.

yy) Citatur in actis synodi secundae Nicunae act. IV. Graece incipit: evlopuros o Deds ny) surrig rë Kugle num 'Inoë Xeisë.

fantinus III. et paucos tantum dies a. 640. rebus praefuit, veneno a nouerca fublatus. Sed Confiantinus IV. Pogonatus, eius aepos, imperauit ab a. c. 668. ad 685. lum Dad oppugnandas imagines coacum vna cum Germano patriarcha et Ioanne Damafceno, veritatis catholicae acerrimis propugnatoribus, vti non recte de fide fentientem condemnauit, referente fynodo Nicaena fecunda art. 6. b) [P] Nec reticuit Nicephorus patriarcha în breviario historico: et Theophanes sub anno Christi 754. eam totam prosequutus
est. [P] Ex Theophane sua habiit Cedrenus, et Zonaras. Quibus coniicimus, Georgium
non tantum vitae sanctitate, sed scripto etiam, ac editis monumentis, quae nune maximopere
desideramus, isonomachorum haeresim refellisse, quod et Germanum quoque et Damascenum secisse scripta eorum ad hune diem testantur. Maximum illius elogium, et acclamatio
in Nicaena secunda synodo habetur: b) et antea responsione ad pseudosynodum a patribus
edita pleno pientissimorum virorum theatro, ab Epiphanio, diacono, nemine reclamante in
eius laudem lecta sunt. b)

At cuius iste fuerit ciuitatis episcopus, quum a scriptoribus non dicatur, suspicatur Baronius ad annum Dni 754. suisse Georg. episcopum Antiochiae Pissidiae, de quo inter alia Menologium Basilii imperatoris die 18. Aprilis haec habet: Postquam diaboli consilio suit iconomachoram haeresis exorta, et omnes episcopi al imperatore iuberentur Constantinopolim petere, venit et ipse, et cum sanstorum cogeretur adorationem negare, ne assentiretur, in exisum missus est, etc. Haec ego ita legi graece in alio Menologio antiquissmo: [P] ênei de vi diabolo novação συμβελή ή των εκονομάχων είρεσις εκινήθη, και γράμματα πανταχέ επέμποντο δια τάχες τές επισκόπες άπαντας την κωνςαντινέπολιν καταλαβείν, παρεγένετο χαι έτος, και μη πεισθείς σύμφων τοῖς αίρετικοῖς γενέσθαι, και αξνήσασθαι τῶν είγων είκονων την προσκώνησιν, εξορία και κακαχία καταδικασθείς, εν αὐτή θανών πρὸς κύριον εξεδήμησεν. Auctor historiae septimae synodi, quae eidem synodo praesigitur, nesseio quo argumento, tradit hunc Georgium fuisse Cypri episcopum. Zonaras in Constantino Copronymo scribit suisse Georgium patriarcham Constantinopolitanum.

At quomodo hie Georgius, qui in pseudosynodo iconomachorum, tamquam imaginum propagnator anathemate feritur, iconomachorum haeresim nondum exortam, et seripto, et verbo oppugnauit? Quomodo solitudini addictus, in qua et vitam finisse ex sur laudato Epiphanio coniició, solio praesuit Constantinopolitano? Cum reliqua [P] vitae exactissime, licet per summas enarrentur, numquam illius dignitatem, si patriarchalis suisset, ex qua multum fructum causae expectare poterant, tacuissent patres Nicaeni. Quare ego eum pietate, doctrina, religione, licet nulla dignitate praeditum, et Helychastem suisse existinao: proque imaginibus adserendis multa ab aduersariis aeque ac plerique alii perpessum, tandem

s) pag. 438. Actione VI.

a) A. C. 754. CPoli, cuius synodi actorum pars inserta actis synodi secundae Nicaenae a. 787. Actione VI. Fabr. Plura de Georgio Cyprio ciusque opp. scripta sunt supra, vol. VIII. p. 57. sqq. Hari-

⁶⁾ Tom. IV. Concilior. edit. Hardnini pag.

c) Actione VII. tom. 4. edit. Harduin. p. 471.

e) Georgius Cyprius patriarcha CPol. fuit post Theodorum a. 678 4683. Vide Theophanem p. 301. seq. et Causii notas ad Zonaram p. 71. seq. De Georgio Lapitha Cyprio et de altero Georgio Cyprio patriarcha CPol. qui ab a. 1283. ad 1289. suit diceux infra.

tandem animam Deo, cui inseruierat, reddidisse. An praeterea hic fuerit Georgius Tarasii Syncellus, quum de Syncello sermo erit, examinabimus.

X. GEORGIVS ALEXANDRINVS ARCHIEPISCOPVS, vitam et res gestas S. Icennis Chrysostomi ex Palladio, Socrate aliisque conscripsit. Ex Commentariis etiam Cyrilli Alexandrini de vita Chrysostomi pleraque consinnasse tradit auctor Anonymus Vitae Chrysostomi) in catalogo eorum, qui de Vita Chrysostomi aliquid ediderunt, et ex quibus ipse in eadem conscribenda profecerat.

Quinam iste fuerit, aut quonam tempore vixerit, ingenue se Photius) nescire fatetur, cuius etiam stilum examinans perstringit. [Allatius sententias adtulit quorumdam de Georgii Alexandrini aetate, n. *Godefr. Tilmanni* (in praefat. ad latinam huius Georgii versionem, 1557. v. supra ad vol. VIII. p. 457.) qui eum posteriorem fuisse, autumauit, Theodoreto, Socrate et aliis, e quorum commentariis bonam rerum partem decerpfit, tum Andreae Schotti in locum Photii; is vero putat, Georgium eum fuisse, qui Ioanni Eleemofynario fucceflit circ. a. 620.") atque *Ger. Io. Voffi*i de histor, graecor. lib. IV. cap. 18. Schotti rationes sequentis; denique H. Sauilii opp. Chrysost. tom. VIII. p. 941. Etonae 1612. fol. cui probabile videtur, Georg. vixisse post a. Chr. sexcentesimum. — De editt. et codd. vide ad Fabric. vol. VIII. et X. citt. — .De cod. Bauar. CLV. v. cel. Hardt in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 11. p. 15. Fragmm. funt in catena patrum in Psalter. in codd. Vindobon. X. et XIV. ex quibus illa collegit Balth. Corderius in exposit. patrum graec. Psalm. Antwerp. gr. et lat. 1643-1646. III. tom. v. Lamber. III. col. 53. sqq. (qui in nota 2. animaduertit, in tom. I. p. 16. recenseri patres, e quibus illa Catena contexta est), et col. 64. sqq. - Vita Chrysostomi in cod. Coislin. CCXCVI. v. Montfauc. bibl. Coisl. p. 413. sub fin. — Denique ampliffimis verbis Allatius vindicat ei fidem, aut excusat eius narrationem miraculorum de Chrysostomo fictorum, et prouocat ad alios, qui etiam Chrysostomi miraculal celebrassent, quos ideo repeto, vt Fabricii notas seruem. Sunt vero Damascenus'), Cosmas Vesti-

- f) Quam vitam Sauilius gr. edidit ad calcem Chrysostomi opp. Iste autem auctor floruit post a. C. 950. v. Caucum in hist. litter. SS. eccl. I. p. 577. ad a. 620. Harl.
- g) Cod. LXXXXVI. Vide, quae de hoc Georgio eiusque editionibus dixi vol. VIII. p. 456. et vol. X. p. 707. sq. [vbi de eius side iam dispntatum est; adde ad vol. X. p. 210. vbi etiam, num archiepiscopus suerit, inquiritur, et episcopus tantum nominatur ab aliis, paullo post a me citatis. Harl.]
- h) Fabric. tamen in nota, hie est, inquit, Georgius, Alexandrinus episc. cui CPolin ausurgiendum suit a. C. 639. a quo tempore Catholici nullum patriarcham habuere Alexandrine per annos XCVII. Schotti sententia placuit Oudine

in comment. de SS. eccl. tom. I. col. 1596. sqq. ad a. 620. vbi Georgium vocat patriarcham Alexandrinum, eumque, scribit, Georgium post S. Ioannem, cognomento Eleemosynarium, a. 616. d. 23. Ianuar. mortuum, ad sedem patriarchicam regendam suisse constitutum, et a. 630. obiisse. Caueus l. c. et Saxius (qui etiam laudat Pagis Critic. Baron. 620. VIII. p. 179. 180. et 630. III. p. 252. tom. X. atque Mart. Hankium de Byzantin. rerum scriptoribus part. I. p. 194. sqq.) in Onom. lit. I. p. 69. Georgium ab a. 620. dictum suisse episcopum Alexandrin. et vita defunctum a. 630. vel paullo serius. Hari.

i) Damasceni orat. in Chrysostomum, omissam a Sauilio, gr. et lat. dedit Mich. le Quien. tom. II. opp. Damasceni, pag. 886-895, Paris. 1712. fol.

Digitized by Google

tor h), Io. Euchaitarum metropolita l), Philotheus, patriarcha CPolitanus, Matthaeus Camariota, Conftantinus Porphyrogenneta, Leonis filius, Nilus m), Chrysostomi discipulus, et Proclus n). Harl.]

XII. GEORGIVS HAGIOPOLITA) scripsit λόγον ἐγκωμιασικὸν εἰς τὰς ἀσωμάτες, etc. Laudatio in substantias incorporeas, et quare similia in diuinis literis abstandantur, deque fandis atque infandis. P. καὶ πάλαι τῷ θείω Δαβὶδ περὶ ἡμῶν πάντων προκελαδησων. [v. supra, vol. X. p. 255.] Hanc orationem hortatu Francisci Boluiti, Neapolitani clerici regularis, cuius scripta suspicio, latinam seci. Illud hic obiter [P] admonitum te velim Lector, scriptorem hunc, dum de angelis et eorum ministeriis agit, multa noua, incomta, parum catholica ex male sano suo genio egerere. Quamuis enim alii de angelis multa eaque blasphema congesserint: nullus tamen hoc nostro absurdior et temerarior deprehenditur. [Specimina quaedam exhibuit Allatius.] Quonam hic vixerit tempore, vel euius conditionis vir suerit, non liquet, licet nomini praepositum sir, quod sanctis tribui solet in cod, MS.) τε ἐν ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν, S. patris nostri. Sed titulum hunc in senescente Graecia, et a norma patrum deerrante, iniquissimis etiam tributum comperio.

In libris ecclesiasticis Graecorum, sed manuscriptis potissimum, pleraque Troparia non inelegantia Hagiopolitae cuidam absque nomine tribuuntur: quae me iudice huiusce Georgii non erunt. Non tanti aestimo hominem: ea potius scripsere, vel Sergius, vel Stephanus, Hagiopolitae, Tropariorum similium auctores, neque infimi nominis, neque contemnendi. De quibus in libro meo de Melodis Graecorum verba facio.

XIII. GEOR-

k) Cosmas oratt. quibus reliquiarum celebravit translationem, adhuc ineditae delitescunt: [v. supra, in vol. XI. p. 182. cum nota t. Harl.] Pars λατάδ λόγα τὰ λακόδα, λαψώνων τὰ Χρυσοκόμα, MS. in bibl. Coisliniana p. 139. Locum ex Cosma koc graece produxit Combessious tom. I. auctarii noui, p. 439. sq. Alia latine Baronius ad a. C. 438. Fabr.

1) Ioannis huius in SS. Basilium, Gregorium Naz. et Chrysostomum adhuc MS. in variis bibliothecis, vt Coislin. p. 418. 423. Philotheum in cosdem tres hierarchas gr. et lat. edidit Iac. Pontanus ad calcem dioptrae Philippi Solitarii, Ingolstad. 1604. 4. vnde recusus in auctario Ducaeano, tom. II. p. 313. et in tomo XII. bibl. patrum, Paris. 1654. p. 557. Matthaeum Camario-

tam in eosdem tres habuit Sauilius et editione indignum habuit. Constantinum Porphyrogennetam ibidem ineditum de translatione reliquiarum S. Chrysostomi laudat Allatius de consensir veriusque ecclessae pag. 218. ad Georg. Acropolitam p. 201. de purgatorio, p. 71. de Simeonibus p. 111. etc.

- m) S. Nilus lib. II. epist. 294. p. 266. Fabr.
- n) v. Baron. ad a. 438. Fabr.
- o) Cauco [in dist. I. ad histor. litter. SS. eccl. tom. II. p. 8. nr. IV.] Hierosolymitanus: [quia in cod. MSto τὰ ἐν άγίως κατρὸς ἡμῶν titulum gerat.]
- p) v. Montfaucon, Bibl. biblioth, MSSt, p. 619. D. Harl.

Vol. XII.

0

- XIII. GEORGII CHOEROBOSCI, grammatici, quaedam excusa sunt in Adpendice lexici Graeco-Latini, 1) in quibus scilicet dictionibus [t] N addatur, vel abiiciatur. Et omnium verborum canones exacte inuestigari non posse. Περὶ τε ἐΦελκυτικε ν΄. τ) et πρὸς τες ἐν πῶσι τοῖς ξήμασι κανόνας ζητεντας, κοὴ ὁμοιότητας. Quae etiam passim leguntur in codd. MS.
- 2. [Quae Allatius nr. 2. 3. et 5. de Georgii Choerobosci grammatica rebusque grammaticis, et libello de figuris tropisque poeticis scripserat; de iis iam supra in vol. VI. p. 338. sqq. (quibus add. Iriart. in cat. codd. Matrit. p. 295. p. 306. nr. 26. p. 376. nr. 138. et p. 381. nr. 246.) abunde est disputatum, et quaedam ex Allatio sunt repetita, vbi etiam p. 341. de Choerobosci libello, 'Ovopatino' inscripto, quaedam occurrunt: adde ibid. p. 307. sq. S. XIII. p. 320. sq. nr. 3. ac p. 322. sq. IV. de Emmanuelis Moschopuli grammatica, quae nomen Basilii mentitur, at in cod. Romano nomen Georgii Choerobosci prae se fert, ideoque huic ab Allatio, at minus recte, vindicatur. De codd. Paris. bibl. publ. v. indic. ad cat. MSSt. Par. regg. vol. II. et codd. in aliis bibliothecis Montsauc. in indicibus ad Bibl. biblioth. MSSt. Addam tamen, quae Allat. de libro, ovopatino inscripto, nr. 4. obserbayit. Harl.]
- [P] 4. Onomafticon) illius laudatur a Stephano de Vrbibus in Ταμίαθιε, et a Magno etymologo Rhematicum in Θράψαε. An fuerit idem opus? Puto diversum quid a gram-

· q) Ad calcem lexici graeco-latini excusi Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Afulani foceri a. 1523. fol. exhibetur apospasmation περί έγκλιrombrur la των τε Χοιροβόσκα, de voculis encliticis fine accentum reiicientibus. Idem exstat in Varini thesauro et cornu copiae, atque hortis Adonidis, fiue graecorum grammaticorum collectione, quae graece apud Aldum a. 1496. fol. et minori typorum charactere 1504. fol. lucem vidit, vbi etiam occurrunt duo illa laudata Allatio, de รจิ ใตะโมยรมเตุ๊, quibus addatur vel non addatur, et ad cos, qui vbique regulas et analogiam quaerunt: ac praeterea alii duo สะอุราลัง ส่ง ล 34x มลัง อังอμάτων, ει εχηματισμοί των αμί ησι διμι έγματων. [ν. supra, vol, VI. p. 294. nr. 3. et 8.] Incertum autem, ad quem Choeroboscum reserri scripta illa debeant, quum duos falcim dinersos Georgios grammaticos graecos fuisse oporteat, vnum, qui vixit saeculo quarto vel quinto, et a Stephano Ryz. vel epitomatore eius Hermolao, (qui Iustiniani imp. temporum aequalis fuit,) citatur, ovemarinor eins landante in Tamiages; alterum, qui Simeone Metaphraste est iunior, asque adeo non Cripsit ante saeculum decimum. Allatius ipse infra memorat libellum Georgii Choerobofci,

latine editum et gr. ab interprete Fed. Morello Parif. 1615. 12. De figuris pocticis, oratoriis et theologicis, सन्दों प्रकृतिकार पर्केर समार्थ प्रमेष सर्वानामांत्र पर (на) енториния) на Осохориния хейбия. In hoc pag. 30. vbi de metaphrasi disserit, Simeonem Metaphrastem laudat his verbis: meracens i ivan ayi των λέξεων κατώ ποσον, η πλαόνων μετ' άρκτικου (213 αρκετά) κάλλυς γινομένη, ώς ο Μεταφρασής ήμεν. dansus in the rolls tan Martigue new Aylan auth meta-Φράσοσι. Τέτων γάρ οί βίοι και τα μπρτύρια προς το ιδιωτικώτερον εξ μερχής συγγραφέντα ακες ων όῆτα κας συνεγρά φησαν, ὑπ' αὐτὰ αρὸς το Επτεχνόν τι καί αάνω ώραϊση μετεφράσθησαν. Fabr. Mosquae in cod. typographei synod. XLVIII. grammatici et rhetoris Xoigo Beaux mointinoi reonei ta hoyu. inc. λλληγορία μέν έτι, λίξις έτιρον τι. v. Matthace not. codd. gr. Mosq. p. 327. nr. 12. Harl.

r) V. supra, vol. VI. pag. 335. §. IX. mr. 6. Harl.

s) Όνοματικόν legendum, quod differt ab δνοματικός ita, vt hoc sit, quod instar lexici interpretatur nomina, illud grammaticam tractationem de nominibus, (perinde vt ἐνματικόν de verbis,) complectatur. Vide Hemsterhusii prolegomena ad Pollucem p. 35. Fabr. v. ad nr. 2. Harl.

grammatica, in quo nomina et dictiones exposuerit, minime suisse, sed Onomassicon eam grammaticae partem, in qua nominum, et Rhematicum, in qua verborum canones prosequeretur, a nominibus, et verbis ita adpellatam, quemadmodum et alios ab Etymologo titulos, ac si diuersi et separati tractatus essent, saepius laudatos. Haud namque suere variae distinctaeque tractationes, et peculiares de illis rebus libelli, sed partes unius operis persecti atque absoluti, quod sub grammaticae institutionis nomine circumserri potuit; idque ab aliis etiam auctoribus sactum adeo notum est, ut si id probare vellem, frustra laborem susciperem, quando id in aliis etiam auctoribus observasse me memini.

- [P] 6. Huins aliquid exstare in nouem Psalmos Dauidis in bibliotheca regis catholici, quae est Scoriaci, scribit Possenius. Alii ἐπιμεςισμον τῶν ἐννέα ψαλμῶν, nouem psalmorum dissistanem, in eiusdem bibliothecae catalogo vocauerunt. Ego vidi laborem hominis in omnes fere Psalmos, et legisse poenituit. Dum enim sententiarum expositionem attendo, nihil aliud praeter putridas grammaticorum regulas, et nugas verbis Psalmorum applicatas comperio. Quemadmodum enim Moschopulus periodum sibi propositam coloribus et artificio grammatico exornat; ita et noster Choeroboscus verba et versiculos Psalmorum condit. Nec dubium est, ea omnia, quae sub Choerobosci nomine circumferuntur, Georgii huius esse. Allat. V. supra, vol. VI. p. 341. Paris. in bibl. publ. cod. MMDCIILVI. nr. 2. Psalmorum ἐπιμεςισμοὶ, siue psalmor, omnium interpretatio grammatica, opus dicitur ineditum, et inc. Ψαλμὸς δνομα ἀπλῶν. Ibid. in cod. MMXC. nr. 7. exstat Ge. Choerobosci oratio in jaudem Georgii martyris. Harl.
- 7. Sed ex quonam illi Choerobosci cognomen adpositum, suse nobis Eustathius Thessalonicensis commentariis in iembica carmina!) de Pentecoste exponit. Ous eya μισώ καθά καὶ άλλες, οἱ καί τινα σοΦον διδάσκαλον παλαιόν πολλές καὶ πολλαχῶς ἐν λόγοις ομματώσαντα Φερόμενοι Φθόνω Χοιροβοσκον έπωνόμασαν, εκ αν έκθνον έτως έαυτεν δηλέντω, ότε γράφων έχαρακτήριζε τα οίκεα, κακώνυμοι ανδρες εκείνοι εδεν ήττον ήπερ οί κατά την Μασσαλιωτικήν Πίσαν Λατίνοι, πας οίς τεθέληται αναιτίως, Έτω eis έδεν δέον δυσΦημών τες έγχως εκιθέτοις ονόμασι. τον μέν γάς σκύλον, τον δε σκλάβον, τον δε Παγάνον ἐπονομάζεσιν, ή καλέσιν, ώς αίρετον Εναμάνώνυμον παρ ἐκείνοις Είναμ Τιναί, δ τοῖς Ψύλλοις τω έθνα έπισυμβέβηκεν, η έτως άτέχνως ονομαςὸν, χρόνω δέ ποτε μακρώ χού περιώνυμον, αλλα τέτο μέν τοιέτον, ώς έν παρεκβώσα. ζσοι δε Χοιροβοσκέν, τον την λογιότητα τοσέτον σιλλαίνεσιν ένεν ύπο συβώτην αγόμενοι. καὶ οἱ τὸν ᾿Αρκλᾶν δὲ λαλέντες απόθήκης τοιαύτης, ὧεν ἐπάξιοι, ἐαν πλαττόμενοι τα τοιαθτα ἐπιγράφεσιν ανδράσι περιωνύμοις. Eos ipse detestor, quemadmodum et alius, qui magistrum satis vetustum, et sapientia celebrem, nescio quem, qui multorum ac saepissime in construendis sermonibus oculos aperuit, inuidentia ducti Choeroboscum nuncuparunt, qui quum sua ille scribens digerebat, Verum homines illi, genii pernersi aeque atque qui numquam se tali cognomine indicasset. Massaliensum Pisam accolunt Latini, quibus absque vlla caussa ac necessitate indigenas nomi-
- t) Ex ineditis hisce Enstathii ad Ioannis Damentariis nonnulla adsert etiam Allatius lib. 2. mascepi canonem iambicum et pentecostes com- de consensu c. 8. S. 4.

mibus adiestis infamare sollemne est; quippe hunc canem, illum Sclauum, ") Paganum alium cognominant et adpellant, adeo, vt sine nomine apud eos esse, quemadmodum et Psyllorum genti accidit, optabilius esset, quam ita indecore insignem, et quandoque etiam longum post tempus celebrem, sieri. Sed haec quidem et similia praeter propositum dista sant. Quicumque vero Choeroboscum tantum eruditione ac dostrina virum per opprobrium denominant, a subulco ducantur, et qui Arclam") dicunt, tali illi dignentur deposito, dummodo illi similia consingentes nominibus, illisque insignibus adpingunt. Sed quid de eiusmodi hominibus statuendum sit, in nostro de libris apocryphis opere suse dicemus. Neque enim omnia per ignominiam dicta sunt. Neque nomen additum, licet in malum etiam trahi possit, ad malum tantummodo illud denotandum adiectum est. Sed quandoque vsus et casus, quae alias viderentur enormia, familiaria secit.

- 8. Fuit in arte grammatica sua aetate singularis, cum caeteri subsequuti grammatici illius canones et praecepta passim, et vbique, vbi sese occasio tulerit, vel nomine illius adposito, vel etiam suppresso studentibus pandant: vnde et Texues cognomen, vt ego exissimo, sibi adoptauit. Idemque est Georgius Technicus, ex quo sua in Cornu copiae Fauorinus Camers, quemadmodum et alii collegerunt, etc.
- [P] 9. Eum tandem haud recentem, sed satis antiquum suisse, w) et ante Anastasii tempora samam sibi comparasse, vel inde colligas, quod illius testimonio non semel Stephanus grammaticus de Vrbibus, qui dictum imperatorem praecesserat, vel eius epitomator Hermolaus, qui Iustiniano imperante, cui epitomen nuncupauerat, Byzantii slorebat, dicta sua comprobant.
- XIV. GEORGIVS DIACONVS, et magister vniuersalis, scripsit: προλεγόμενα των Θεοδοσία κανόνων από Φωνης Γεωργία Διακόνα οἰκαμενικά διδασκάλα. Prolegomena in Theodosii regulas, distante Georgio diacono, oecumenico magistro. P. ἐπειδη και όνων εἰσαγωγικών μέλλομεν ἄρχεσθαι, ἐν ἐπιτομῆ δὲ τάτας παραδίδωσιν ἡμῖν ὁ Θεοδόσιος, μάθωμεν τί ἐςι κανών. In bibl. regis Gallorum cod. MCCCLXXXV. An idem cum Choerobosco? haereo.).

a) Sclauus pro seruo, vide Cangii vtrumque glossarium; Paganus pro ethnico. Fabr.

v) Aρκλαs dicus Iohannes Damascenus. Vide

vol. IX huius bibl. p. 685. not. zz.

w) Certum hoc est de altero Choerobosco, quem laudat Stephani Byzantini epitome. Atque huic etiam libenter pleraque illa in etymologico magno memorasa tribuerim, quae retuli supra vol. VI. p. 612. Sed non minus certum est, iunioris esse Georgii Choerobosci librum de tropis, quia in illo Simeon Metaphrastes citatur. Itaque videndum, vtri adscribendae lucubrationes variae grammaticae, quas graece MStas partim memo-

rauit Allatius, partim ipse retuli vol. VI. pag. 538. sqq.

x) Non dubito, Choeroboscum iuniorem eumdem cum hoc Georgio diacono pronunciare, quia in codice bibl. Coislinianae, de quo Montfauc. p. 230. memorantur προλεγόμενα τῶν Θεοδοσία ἐνοματικῶν Καινόνων ἀπὸ Φωνῆς Γεωργία Χουροβόσκα. Iucipit: ἐπαδὴ ὁ Θεοδοσίος ἐν συντόμφ παραδίδωσην. Theodosius iste grammmaticus fuit Alexandrinus Christianus, cuius lucubrationes in Dionysii Thracis grammaticam euolui MS. in bibl. publica huius Vrbis Ioannea. Fabr. Georgis diacons quaedam MSS. v. Montfauc. Bibl. biblioth. MSS.

p. 405.

Num Choeroboscus disconus fuerit, incertum mihi est: titulo tamen vniuersalis magistri) insignitum non vno in loco comperi.

XV. GEORGIVS DIAERETA, ex quo sicut et aliis non contemnendi nominis scriptoribus, expositiones nonnullae in Hermogenis rhetoricam collecta sunt, sub hoc titu-10: 2) Συναγωγή των αναγκαιστάτων [[] έξηγήσεων είς την ξητορικήν των αποδοθεισών ύπό το Χρισιανών εξηγητών, και έλληνων, ων είσι Χρισιανοί μεν Ιωάννης Φιλόσοφος μέγας, κού εξθοδοξότατος ο Σικελιώτης, κου έτερος Ιωάνιης διδάσκαλος ο Γεωμέτρης, Γρηγόριος μητεοπολίτης Κοείνθε, έτερος μητροπολίτης Σαρδεων, ὁ Δοξαπατρής, κύρις Ιωάννης. Γεώργιος ο Διαιρετής λεγόμενος Ελληνες δε Σιμπλίκιος, Λυγγίνος, Συριανός, Ιάμβλιχος. Collectio interpretationum maxime necessariarum in rhetoricam, quae a christianis, itemque. gentilibus expositoribus traditae sunt. Ex his Christiani fuere Ioannes philosophus magnus, et apprime orthodoxus Siculus, alius Ioannes magister geometra, Gregorius metropolita Corinthi, alius metropolita Sardensis, Doxopatres Dominus Ioannes, Georgius Diaereta dictus: Gentiles vero Simplicius, Longinus, Syrianus, Iamblichus. Fuit patria Alexandrinus, cognomento Monus, professione sophista. Diaeretem dictum existimo ob scholia, quae in dicigeouv, divisionem 44) scripserat. Habeo ex indice MSS. librorum, in quo legitur: Γεωργίε τε Μόνε Σοφισε Αλεξανδρέως σχίλια είς την διαίρεσιν. Εςι δε ρητορικόν το βι-Bhlov. Georgii Moni sophistae Alexandrini scholia in divisionem. Liber ad rhetoricam pertinet. Si non fallit titulus, et more pro morave irrepferit. Nec aliud videtur, quod in bibliotheca regis Gallorum afferuatur, Georgii monachi scholia in librum de divisione rhetor. cap. 53.

XVI. GEORGIVS ARISTINVS historicus. Illius meminit Iosephus Methonensis episcopus in responsione ad Marcum Ephesinum pro concilio Florentino, tamquam illius, qui retulisset additamentum illud, Filioque, in symbolo mox a secunda oecumenica synodo tempore Damasi papae adpositum suisse. Καὶ ἐπρὲ τέτων μόνον, ὡς εἰρηται, ἀλλὶ εὐθὸς μετὰ τὴν δευτέραν σύνοδον ἐν τῷ καιρῷ Δαμασε Πάπα, ὡς μαρτυρε Γεώργιος Αριτινός ⁶⁰) ὁ Ἱσορικός. Nec ante illus tantum, vt distum est, sed mox a secunda synodo tempore papae, Damasi, vt adserit Georgius Aristinus historicus. Et insta: τὸ δὲ σύμβολον ἀπὸ τῆς δευτέρας συνόδε ἡ Ῥωμαϊκή ετως ἔψαλλεν ἐκκλησία, ὡς ἄδει κοὴ σήμερον, καθώς μαρτυρες .

p. 405. D. — Inter eos, qui subscripserunt Tomo condemnationis sectarum Barlaami Calabri et
Gregorii Acindyni a synodo CPolit. composito a.
C. 1351. occurrit Georgius diaconus à Tiegdians,
Sceuophylax, in cod. caesar. CCLXVI. v. Lambec.
V. p. 423. — et p. 421. in eod. Tomo Georgius
metropolita sinyun nel Hapls. Ibid. p. 248 nr. 16.
cod. caesar. CCXLVI. est Theophanis, monachi
et rhetoris consolatio ad Georgium Rhaul propter obitum sihi eius Michaelis, et Lambes, in
nota r. citat Martini Crussi adnotatt, in librum
VII. Turco-Graeciae, p. 497. de Raliorum seu

potius Rhauliorum illustri familia orientali, Harl.

y) Sic Choeroboscus vocatur apud Labbeum in bibl. noua MSS. p. 104.

z) Coufer Lambecium VII. p. 258. [p. 550. fq. Kollar. add. supra, vol. VI. p. 76. ibique not. & Harl.]

aa) Hermogenis rhetoris.

bb) Agisques apud Allatium p. 377. de consensu vtriusque ecclesiae. Perperam Arestinus apud Michaelem Nau in essigie ecclesiae romanae graecaeque p. 75.

Γεώργιος δ' Agisivos, ώς έφημεν. \ Symbolum vero post secundam synodum romana canebat ecclesia, sicut hodie canit, teste Georgio Aristino, ut diximus.

XVII. GEORGII PEDIASIMI historiam nondum editam laudat Petrus Pantinus Notis in orationem de Deipara Virgine, ") quando ad [P] templum est triennis a suis deducta, Germani archiepiscopi Constantinopolitani. Ex ea namque, Germanum hunc sub Leone Isauro, seu Conone, a quo et in exsilium actus est ob imaginum cultum, vixisse, refert. De quo sane auctore, quum ipse nihil compertum habeam, sed tantummodo miki dicto Pantini cognito, nihil dicam. Ioannes Pediasimus et cerdonibus notus est: [de quo vide supra, vol. X. p. 648. sq.]

XVIII. GEORGII MYTILENAEI in salutiferam D. N. Iesu Christi passonem Homilia edita est graece et latine tom. II. de Cruce a Iacobo Gretsero p. 659. [v. supra ad vol. XI. p. 628. — Venetiis in cod. Naniano CLIV. nr. 46. Georgio Mityl. oratio τη αγίας καὶ μεγάλη παρασκευῆ εὐλόγησον δέσποτα init. σήμερον ὁ κόριος ἡμῶν Ἰησες Χρισὸς ἐν τῷ σαυρῷ. Mingarellio in cat. codd. gr. Nan. p. 350. videtur ineditus hic sermo. — Vindobon. in cod. caesar. XI. est inter Canones, siue cantica sacra in SS. totius mensis April. d. VII. in S. Georgium, archiepiscopum Mitylenae. v. Lambec. VIII. p. 209. Harl.] Neque hic alius ab illo est, si coniectura non fallit, quem inter libros bibliothecae imperatoris exstare dicit Posseuinus in indice dictae bibliothecae Georgii Methiminensis, in passone Domini nostri Iesu Christi. Et epitomatores Gesneriani, Georgii Methiminensis de passone, etc. Typis quoque prodierunt Epigrammata varia and Georgii Patricii, cui Mitylene patria, in laudem librorum D. Dionysii de coelesti hierarchia, de diuinis nominibus, et de myslica theologia. Eiusdemne an alterius? quid refert?

XIX. GEORGII NICODII de cruce liber, sic inscriptus in bibliotheca imperatoris Viennae Austriae, Posseuinus. An lapsus exscriptoris suerit, et Nicodius nobis pro Nicome-diensis irrepserit?

XX. GEORGII GRAMMATICI. f) diversi ab illo Technico, quem Choero-boscum esse diximus, ad haec tempora superest laudationum biga, de S. Barbara virgine et martyre. Earum primae principium est: ἔςι μὲν τοῖς ἐκ αξίοις ἐπισΦαλὲς τῶν ὑπὲς αξίων ἐΦαπτεθαι alterius: ἐπειδη ἡ τῆς μάςτυςος πανσεβάσμιος μνήμη τῶν αἰγληΦοςικῶς ἄνωθεν καταυγασθείσα ἐλλάμψεσιν. Vidi in bibliotheca Barberina. Et memini me etiam puerum adhuc vidisse in Messanensi monasterio S. Saluatoris. [Vna Paris. in bibl. publ. cod. MCLXXIX. nr. 1. v. supra, vol. X. p. 203.]

Huius

cc) Antwerp. 1601. 8. p. 387. tom. 2. et auctarii bibl. Patrum Ducaeani p. 445. Etiam Georgii Lecapeni historiam ineditam memorat Allatius infra p. 363.

dd) Meminit Martinus Delrio in Vindiciis Arcopagiticis p. 458. Fabr. 20) Nulla alia, quam edita Georgii Nicomed. homilia respicitur, quae incip. προς υξηλοτώτην. De qua supra §. VII. nr. 9. Vide Lambec. I. p. 135. [p. 243. sq. et p. 245. not. A. ed. Kollar.]

f) V. supra, vol. VI. p. 341. Harl.

Huius pleraque Anaersontiva carmina, eaque suavissima, varii nec inelegantis argumenti, quandoque litteratorum vsui edenda penes me conseruo, et ne talia singere videar, en eorum argumenta:

Τί Επει ή 'ΑΦεοδίτη της 'Αθηνάς Φυτευσάσης ελαίαν, και ανελθόντος δόδυ. Quid dicere potuerit Venus, quun Minerua oliuam plantasset, et rosa nata esset. Carmen satis longum; sed sine principio.

Τι εποι ή `Αφροδίτη της `Αθηνάς δια δόδε πεισθείσης Βοηθησει τοῖς Τρωσί. Quid dicere poteerit Venus, quum, oblata rosa, P. : suaderetur Troianis auxilia conferre. P. Καλύκων χάριν λαβέσαν θεράπαιναν 'Αφροδίτην.

Τι εποι ο "Agns της 'Αφροδίτης τρωθείσης ύπο απάνθης δόδη. Quid dicere potuerit.

Mars, Venere vulnerata a spina rosus. P. το δόδον δύω τιτρώσκες, σε μεν εκ δέμας Κυθήςη.

Τι έπει ο Απόλλων κατατρέχων της Δάθνης, καὶ εμποδισθείς εἰς άκανθαν ζέδε. Quid dicere potuerit Apollo, Daphnem insequens, et spina rosae obuia impeditus. P. Γενεήν ξόδων Φανεσαν δίτε μοι δρέπειν μανέντα.

Τι είποι ή Φαίδεα δεώσα τον Ίππολυτον εξεμμένον ξέδοις. Quid diceret Phaedra, videns Hippolytum coronatum rofis. P. Τι καλον χεόνον δοκεύω Παφίην δεώ τυχέσαν.

* Αλλι eis τον αυτόν. Aliad in cundem. Επ' έμοι πανδαμάτως όπλα κοςύσσα.

Επιθαλάμια. Epithalamia. P. Γαμίας πνέεση αξεας, μέλος δεγάνων δονείτας.

Έπιθαλάμια alia. Epithalamia. P. αναβάλλομας χορεύειν, λιγυροϊς μίτοισι κρέων.

XXI. GEORGII Paneuphemi, PRAEFECTI AFRICAE, ad monialer Alexandriae, quae a catholica ecclesa desecrant, graece Romae serveri in Vaticana resert Gesneius, et Postevinus. [v. Montsaue. Bibl. biblioth. MSSt. p. 12. A.] Meminit Robertus Constantinus in bibliotheca. Auchorem tamen illius scripti Georgium non esse, sed Maximum Homologetam, titulus ipse per se indicat: Μαξίμε Μοναχέ τε Όμολογητε έκ προσώπε Γεωργίε τε Πανευφήμε Επάρχε Αφεικής. προσώπε Πεωργίε τε Αλεξανδρεία. Μαχίμι monachi Homologetae, ex persona Georgii Paneuphemi praesesti Africae ad moniales Alexandrinas, quae a catholica ecclesa desecrunt. P. εγώ μεν ώμην ύμας ως αληθώς έτηριχθαι καλώς. κομ αμεταθέτες έχειν τας της ψυχής βάσεις. Legi in bibliotheca Barberina. 25) Similia sunt, [P] quae alii scriptores celebres ex persona aliorum scripserunt, de quibus nos alibi.

XXII. Georgios monachos historiae ecclesialticae scriptores plures suisse, nemini dubium est. Matthaeus Raderus Not. in Vitaus Man Jancti Ignatii, patriarchae Constantinopolitani

gg) Prodiit inter opera S. Maximi tom. 2. pag. hh) Prodiit Ingolstad. 1614. 4. 336-342. edente Combessio, Paris. 1675. fol. Fabr.

litani a Niceta Paphlagone scriptam tres commemorat, quos penes se esse scribit. Praeter ea, quae passim ad oran notaui, placuit quaedam enotare ex Georgio Hamartolo, qui diuersus est a Georgio Syncello Tarasii, quamuis in fronte nomen Syncelli praeserat: diversus item a Georgio monacho, qui chronicon scripfit, quod a Panuino laudatur, tametfi chronicon illud Georgii nomen praescriptum non habeat. Tres enim diversos Georgios monachos manuscriptos partim ex Palatina Boiorum, partim ex Augustana bibliotheca ineditos omnes, nec translatos haffenus mecum habeo, conferoque. Discrimen tamen inter eos nullum adducit; pleraque etiam obscurius prolata nobis diuinanda reliquit. Saltem illud tacere non debuit, quanam ratione Hamartolus Syncelli nomen praeferst, et Georgius alius, qui chronicon scripsit, et laudatur a Panuino, quum Georgii nomen non habeat, Georgius sit. Et cum Panuini locum subticeat, rem nobis spertam forte per se, difficiliorem reddit. Vtinam nobis vel eorum historiae exordia, vel terminos praefixisset; sic enim historici praedicti dilucidius innotescerent. Quare de nostro, si quid id fuerit, vt rem implicatissimam extricemus, aliquid in medium adferamus: primumque de Syncello, deinceps de Hamartolo, tandem de tertio, si est, nam vti de primo, et secundo nulla dubitatio est, sic de tertio coniectura non leui haesitare poterimus, disseramus,

XXIII. Primus ergo est GEORGIVS MONACHVS, et ABBAS, ab officio, quo Tarasio patriarchae ") inseruiebat, SYNCELLVS, veluti nota sibi propria hoc cognomine ab aliis discretus. Quid officii nomen prae se ferat, ex aliis sumseris. Syncelli pro side catholica certamen, et in ecclesia dignitatem tetigit Anastasius bibliothecarius in praesatione hist, ecclesiasicae. [Locus iam exscriptus est supra, in not. v. ad vol. VII. p. 457. Harl.]

[P] Breuiarium chronographicum ab ipso orbe condito ad Diocletianum quod vltra deducere morte praereptus non potuit conscripsit Syncellus. [Syncelli cod. in bibl. Citzensi: cod. sub titulo Georgii monachi chronicon a Iulio Caesare vsque ad Diocletian. imperator. non esse Georgii Syncelli, sed Georgii monachi Hamartoli, Scaliger in ep. 391. p. 677. ostendit. — Venetiis inter codd. Iulii Iustiniani suerant Georgii monachi historia ab Adamo ad Romanum Diogenem, atque Georgii oecumenici et Simeonis magistri historiae ab initio mundi. v. Montsauc. diar. italic. p. 435. Harl.] Syncellum in hoc volumen vniuersam Eusebii chronologiam sine vlla verborum immutatione transsulfise; et, quemadmodum Eusebius [P] Africanum, et alios, qui ante eum huic scriptioni manum admouerunt, cassigabat, quod multa aduersus veram temporum rationem sciscebant, sic ipsum Eusebium Georgius iste Syncellus, vbi, quid ille paulo alienius a vero dixit, aut secit, ita exagitat, vt, vbi vsus venit,

is) CPolitano, defuncto a. 806. Confer, si placet, quae de Georgio Syncello eiusque chronico dixi volum. VII. p. 457. sqq. Fabr. vbi de Georgio Syncello, eiusque continuatore, Theophane, et de codd. atque edd. iam, quae necessaria notatu viderentur, prolata sunt. Allatius posthaec ostendere studuit, Georg. Cyprium, (de quo v. supra, S. IX.) diversum esse a Georgio

Syncello; addidit locum Theophanis de Syncellistudio, diligentiaque in contexenda historia cum versione Iac. Bullardi, (siue recitus Io. Iac. Bachardi, (v. supra, not. ec. ad vol. VII. p. 461.) et loca Cedreni, s. Ioan. Scylitzae in procemio, ac Mich. Glycae in sine partis tertiae Annalium, quae repetiit Ioannicius Cartanus in Flor. c. 183. Harl.

venit, raro hominem sine acerba obiurgatione, aut contumelioso dicto dimittat; quin etiam specification adpellat, adnotauit non male Iosephus Scaliger in Eusebii chronicon, et ex ex Ger. Ioannes Vossius de histor. graecis lib. 2. cap. 24. Eum merito ab Eusebio dissentire saepe, saepe etiam immerito, Iosephus passim constus est ibidem ostendere, cui vt in multis subscribes, ita in pluribus meram animi contentionem agnosces. De illis, quibus plus otii est, iudicium serant.

Euenit porro, vt exscriptorum incuria, vel legentium taedio, et sollemni ac misera seriptorum conditione, vt pars anterior operis, qua a mundi exordio res gestae ad obsessam a Pompeio Hierofolymam, vel ad Iulii et Augusti principatum enarrantur, in auctore exscribendo, omitterentur; adeo vt vix vno, vel altero loco inueniatur: **) a Pompeio, et Augusto voique. Hinc nonnulli nullam aliam Syncelli historiam praeter hanc posteriorem agnoscunt. Plerique etiam, quum nullam aliam ab orbe condito Georgii historiam praeter Hamartoli deprehenderent, et scirent, Syncellum ab orbe condito opus inchoasse, Hamartoli fententias pro Syncelli, vt alii quoque Theophanis parili fuco diuendunt. Specimen huius rei esse poterunt excerpta sub Georgii [r] Syncelli nomine ex illius chronico a Dionysio Petauio exhibita post Breularium historicum Nicephori patriarchae. ") Ea enim, vt Vir ille animaduertit, falso Georgii nomen prae se ferunt, quum sint Theophanis. At ipse Georgii Hamartoli esse, non Theophanis, deprehendi. Quod inde etiam facili negotio haberi-poterat, quando in illis nulla annorum distinctio, nulla temporis delineatio, sed rei, vti se habuit, plana et continuata narratio, quod praeter institutum Theophanis est, qui omnia annis concludit, vt vno obtutu conspiciatur. Et ne alios in crimen adducere videar, ipse egomet in Syntagmate meo de Engastrimytho ") olim edito sententiam de ea Hamartoli, Syncello, errore non leui, adserui: multa itaque sub Syncelli nomine, quae Theophanis et Hamartoli; multa sub Theophanis, quae Syncelli et Hamartoli; multa denique fub Hamartoli, quamuis non ita faepe, quum auctor in promtu haud fuerit, quae Syncelli, et Theophanis sunt, laudantur? Et hi tres auctores, quando non omnibus pateant, apud recentiores confunduntur, et vnus alterius saepe numero locum occupat. Quid Georgium Theophanem Vossii ***) referam? Plura rapit calamus, dixit ille. Ego dicerem, plurima typographicorum amanuensium incuriam confundere, plurima ex recta scriptorum semita in prauam distortamque nulla poena protrudere.

Fraudem in hisce Georgiis speriam, vt suturis temporibus, suis quisque plumis, alienis abactis, praesulgeat. Caussa erroris suit, nomen illud monachi, quasi cognomen Georgiis addictum, quod recentiores parum aduertentes, unumque Georgium monachum historiarum scriptorem opinantes, scripta omnia ad vnum retulerunt. [Primum ostendit Allatius

kk) Confer Goari praefationem ad Syncellum, mm) Cap. XI. p. 454. Lugd. 1629. 4. et Allatium infra, p. 328.

ll) Parif. 1616. 8. pag. 399-407. Graece พงค่ หม) Ita per errorem Vossius vocat lib. 2. de รัพร ผิดธเวิดตร "Houndar, โท รัพร โรยอุรโร ผยงนารี hist. graec. c. 24. p. 285. โบรูนโวิวิธ หลูองเหลือง.

Allatius errores Possenia in Adparatu commissos, dum Georg. Hamartolum cum Georgio Syncello et patriarcha Tarusio confundit et historias ab illis conscriptas licet diuersas ac varias commiscet. Codex Bauaricus, cuius Posseninus meminit, hodie sec. el. Hardt in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 9. p. 30. sq. numeratur CXXXIX. et est inscriptus: Γεωργία συγγέλλα ταρασία τα άγιωτάτα πατριάρχα Χρονικόν σύντομον εκ διαφόρων χρονογράφων πωὶ έξηγητων συλλεγέν κοὶ συντεθέν ύπο γεωργία άμαρτωλα μοναχά. Πρόλογος Incipit: πολλοὶ των έξω Φιλολόγοι cel. Hardt de hoc cod. valde mutilo in ipso prologo, in quo Hamartoli historia vsque ad Constantinum et Romanum continuatur, plura disputat, animaduertitque, male hic Georgium Hamartolum cum Georgio Syncello confundi, licet id titulus innuat. In fine autem, iste, ait, Hamartolus a me latine versus et praelo paratus est. Add. paullo post §. XXIV. de Georgio Hamartolo. Pergit Allatius:]

[P] Gesnerus, Georgii cuiusdam graeci monachi historia temporum, siue chronica a condito mundo, vsque ad regnum Nicephori' Botaniatae "), exftat manuscripta Venetiis in bibliotheca sanctorum Ioannis, et Pauli, et apud Diegum Vrtadum Caesaris legatum ibidem. idem sit, qui infra Georgius Pachymerius nominatur; nam et ipse monachus historiam quandam feriphste fertur. Cuiusnam ea historia Georgii sit, diuinare non possumus, et certum est ex commemoratis superius, nullum ad Botaniatem vsque historiam suam produxisse. Nili id adfirmaremus, alium quempiam ad historiam Georgii, quicunque ille fuerit, quae deerant ad Botaniatem vique de suo, vel ab alio scriptore adiecisse. Ridiculum praeterea est, similem auctorem Pachymerem fuisse, quum Pachymeres non a principio mundi historiam inchoarit, neque plurium imperatorum res gestas, sed Michaelis, et Andronici eius filii Palaeologorum tantum, quando etiam ipse rebus intersuit, prosequutus sit, vt insra dicemus. [P] Syncelli itaque chronicon potiore sui parte mutilum visebatur in bibliotheca Antonii Augustini cod. CXXXVI, Georgii monachi Syntelli chronographiae epitome a C. Iulio Caesare ad Diocletianum vfque. Sequitur chronographia Theophanis ad Michaelem,?") et Theophylactum eius filium. Eius chron, refertur ad Theophylactum, sicuti in praecedenti nota, non ad Diocletianum, a Theophano monatho continuatum. Index manuscriptus. Et fortasse idem erit cum alio eiusdem in eadem bibliotheca, vt est in Indice edito. Georgii monachi, et lopothetae Syncelli chronicon breue ex diuerfis chronographis, et interpretibus collectium, continens historias ab exordio mundi vsque ad Heraclionem, Heraclii filium. Vbi vides, Syncellum logothetae etiam dignitate, nescio an ex vero, infignitum: quemadinodum et in codice Ambrofiano Mediolani: 49) Χεονικόν σύντομον έκ διαφέρων χεονογεάφων, καὶ έξηγητών

00) In bibl. Frid. Adolphi Hansen ab Ehrencron p. 426. memoratur MS. chronicon graecum foliorum 330. in 4. incipiens a temporibus Constantini magni desinens in imperio Nicephori III. sine Botaniatae. Subiuncta διάγνατις περί τῆς κτίσεως τῆς ἀγίας Σοφίας τῆς Κωνςαντινεπόλεως, ἥνπερ ἔπτισεν Ἰεκοιανὸς ὁ Βασιλεύς. In calce chronici haec adscripta sunt verba: Ἐτελαώθη ὁ περών χρονογράφος ας δόξαν Θεξ, διά χαρὸς κάμας ἀμαρτωλῦ

Γεωργία επ της Κωνς αντιναπόλεως, διά συνδρομής πρή εξόδα τὰ εντιμοτάτα πρή εύγενες άτα Κυρία Κωνς αντίνα τὰ Κανταπαζηνά. "Ετα ἀπό πτίσεως κόσμα ζ ξ γ' ἀπό δε της ενσάρκα είπονομίας αφνί. Κτημα 'Αλεξάνδρα τὰ Μοσχολέα. De διηγήσα illa dixi volum. VIII. pag. 85. ur. 10.

pp) Michaelem cognomento Rancabe.

qq) V. supra vol. VII. p. 458. et 459. Harl.

συλλεγέν, καὶ συντεθέν από Γεωργία μοναχώ, και Συγκέλλα. Et in fine, έως ώδε τα χεονικώ Γεωεγίε μοναχέ κοὺ λογοθέτε. Dixeram, dubium esse, an Syncellus Georgius, Logotheta itidem fuerit: alium namque fuisse codex Palatinae MS. in bibliotheca Vaticana euincit, in quo tota Georgii Hamartoli historia praeter nonnulla loca, quibus res fusius. vel fuccinctius habentur, et variantes, sed saepissime in melius, lectiones, ad verbum exscripta est. Ioanni Siculo, postmodum patriarchae Constantinopolitano tributa. Xeovinòv σύντομον ἐκ διαφέρων Χρονογράφων, κοὺ ἐξηγητῶν συλλεγὲν κοὺ συντεθὲν παρὰ Ἰωάννε μοναχέ τε Σικελιώτε, τε κού χρηματίσαντος υςερον Πατριάρχε Κωνςαντινεπόλεως νέας Posins. Chronicon breue ex diuerfis chronographis, et expositoribus collectum, et compositum a Ioanne monacho Siculo, qui postea fuit patriarcha Constantinopolis novae Romae. P. πολλοί των έξω Χεινογεάφοι, και φιλολόγοι. Et infra: Βίβλος γενέσεως ανθεώπων, ή ήμερα έπλασεν ο Seos. Post nonnullas paginas, το αυτο Ίωαννο το Σικελιώτο περί το 'Αδαμ. καὶ της Ευας, καὶ των εξ αυτών καταγομένων. Einsdem Joannis Siculi de Adamo, et Eua, et corum tiescendentibus. P. 'Αδάμ τοίνυν κατά τον σοφώτατον. Praeter auctoris nomen diuersum, omnia Hamartoli sunt: Definit in Michaele filio Theophili, notaturque in fine, έως ωδε τα χρονικά Γεωργία, κού το Λογοθέτα. Hucusque chronica Georgii et logothetae. Multo quam in Ambrofiano clarius. Chronica nempe haec ex Georgio, et logotheta, duobus duntaxat scriptoribus, concinnata fuisse. Sed quis his logotheta fuerit? met Ioannes Siculus, qui ante patriarchatum initum logotheta fuit? Vel etiam cognomento talis, quando [P] sequioribus Graeciae temporibus multi cognomentum illud, siue a logothetae dignitate, qua fuerant infigniti, siue alia caussa, vt fieri solet, vsurparunt, et nunc quoque vsurpant? An etiam alius a Siculo? Certe logothetae illud Georgio adscribendum non videtur, ex quo sua Siculus descripsit, vel cui sua adpinxit. Quis praeterea Ioannes iste Siculus fuerit postmodum patriarcha? Graeci historici, quod ipse viderim, silent. Ego suspicor non alium a Ioanne Glyca ") fuisse, cuius licet taceatur patria, eum tamen Atticismi studiosissimum eloquio valuisse, et quod magis est, Logothetam Dromi, antequam in patriarchicum solium collocaretur, suisse tradit Gregoras historiae Romanae lib. 6. et Phranza lib. 1. cap. 9. et Ephraemius monachus in chronico.

> Τε δ' εν γεαφή δε θώκον απειπαμένε Ἰωάννης τις, ο Γλυκύς δε τουπίκλην Συγκλητικίς τε, καὶ Λογοθέτης Δεόμου Εῖς ῶν ἀξίτων, καὶ σοφῶν λόγων ἴδεις, Χειείζεται δὴ τὴν λεω πεοτασίαν.

Hoc porro Niphone scripto solio renunciato, Ioannes quidam Glyca cognomento, Senator, et Logotheta Dromi, optimorum, ac sapientum sermonum peritus populi regimen excepit. Nec ob aliam caussam exscriptorem Logothetae nomine Ioannem Siculum, sue mauis Glycam indicasse. Non placet? da certiora, et concedam. Sed quis non videt exscriptorum tupbas.

rr) Hic patriarcharum gestit ab a. 1316. ad 1320.

bas, et nugas? Vnus illis Georgius omnia fuit; et propria vnicuique singulis, ac si communia essent, concedunt. Ambrosiana historia iam sub Syncelli nomine citata, Syncelli non est, neque diuersa ab ea, quae Hamartolo in eadem bibliotheca adscribitur, si ex principio de reliquis libri partibus sententiam ferre inconcinnum non est. Opus tamen hoc, si coniectura non sallor, non est, neque Hamartoli, neque Syncelli, sed ex vtrisque; vt libuit Epitomatori, compilatum, productumque ad Heraclionem, et infra ad sua tempora: eam tamen historiae partem cum vltimis soliis vetusa laceram, vel alio infortunio deperditam, vt saepe vsu venire solet, suspicor. Quod etiam in codice CLIV. bibliothecae Vaticanae adnotabam, in quo a principio mundi ad imperium Romanorum, et inde ad Theophanis principium historia continuatur totidem verbis, quibus Syncellus et Hamartolus vsus est. Vt videri possit ab aliquo tertio ex Georgio Hamartolo, et Syncello historiam illam susse decurtatam, quum in multis [1] concisior sit, nec tam crebris, longisque sanctorum auctoritatibus abundet, licet iisdem verbis Hamartoli, et Syncelli, vbique semper narrationem continuet, nec vsquam variet.

Conjecturam confirmat Gretlerus, qui de Georgii Syncelli codice Boico, et Augustano sermonem habens, testis oculatus scribit: Verum nec Boicus, nec Augustamas codex, vtrumque iam vidimus, genuinum Syncellum continet, sed miscellaneam quandam farraginem ex variis ac nefcio quibus rhapfodis confutam. Nam verus, et germanus Syncellus chronicum fuum auspicatur a Iulio Caesare, praetexitque vsque ad primum annum Diocletiani; deque termino testem habemus Anostasium bibliothecarium in praesatione, quae Miscellae praesigi solet. Legitimum Syncellum nasti fumus, et legimus beneficio Marci Velferi, Viri Augustani, in cuius codice titulus fie habebat: Γεωςγία εὐλωβεςώτα μοναχέ που Συγκέλλα γεγονότος Τωςασία τë άγιωτάτε άςχιεπισκόπε Κωνταντινεπόλεως σύνταξις, ήτοι χςονογςαφία έν έπιτέμω από της Βασιλέιας Ίθλίο Καίσαρος Ρωμαίων, μέχρι της βασιλέιας το πρώτο έτος Διοκλη-Tierë, etc. 3) Falium nihilominus est, Syncellianse historiae principium a Iulio Caesare esse, quod postea et idemmet Gretserus ex Theophane ac Cedreno agnoscit; ac proinde codex, illi a Velsero exhibitus, non integer fuit, sed pars postrema Syncellianae historiae, culus quemadmodum et Theophanis plures codices, quae eam ab oblessis a Pompeio Hierofolymis, vel a Iulii, vel Augusti principatu auspicantur, in Italiae bibliothecis, et praecipus Vaticana custodiuntur. Attamen partem illam, quae ab orbis conditi initio ad tempora Pompeii res pertractat, etsi sedulo auideque peruestigarim, nusquam hactenus vidi. Reperiri tamen nullus dubito, confirmorque scheduls, quae in codice quodam Palatino dichi Georgii reperta est. In ea adseueratur, chronographiam Syncelli integram ab orbe condito in bibliotheca regis Gallorum adhuc exstare, 18) and charactere vetusto, bonaeque notae, cuius illud dicitur esse principium: ἐκλογή ΧρονογραΦίας συνταγάσα ύπο Γεωργία μοναχά, Συγκέλλε γεγονότος Ταρασίε Πατριάρχε Κωνςαντινεπόλεως, από Αδαμ μέχρι Διοκλφ

ss) Conf. not. x. ad vol. VII. p. 457. Harl.

tt) fec. cat. MSSt. Parif. regg. II. p. 398. eft
cod. MDCCLXIV. cuius tamen initium et finis
desiderari dicuntur. Harl.

Tiave. Ecloga chronographica composita a Georgio monacho, qui fuit Syncellus Tarasii patriarchae Constantinopolitani, ab Adamo ad Diocletianum. P. ev coexy enoinger o Seos Tor Βρανόν και την γην. άρχη πάσης χρονικής κινήσεως της υπό χρόνον [P] όρατης κτίσεως อริโร, อิง ซู้ ซิอุฒาอิร หลุง กุ้ หุก สลอล ซซี ปิ๋ยชี สนาออิร, etc. Hunc effe codicem arbitror, ex quo Eusebiana sua Scaliger habuit, quare eins de codice indicium audiamus: Quam mutilus vero ille liber ad nos peruenerit, colligere licet ex eo multis locis, in quibus aut quorundam meminit, aut quaedam promittit, quae tamen nusquam comparent. Accedit manifestum mutilati codicis argumentum, verba ante lemma operis ad hunc modum concepta: παρεκβολα από τώς Γεωργίε τε Συγκέλε Ταρασίε Πατριάρχε. Sane των παρεκβολών, id eft excorptorum nomen. satis indicat plura defiderari, quam superesse. Codex scriptus est ante plus, minus annos DC. ex eo omnia Eusebiana excerpsimus, quae quidem deprehendere potuimus, quae quanquam ne centesima quidem pars eorum esse videtur, quae ab Eusebio relicta sunt, aliquando tamen iustum volumen explere possunt. Sed codicem illum mutilatum esse, pace tanti Viri, difficile adduci possum, vt.credam. Monachum porro et Abbatem Syncellum agnoscit Theophanes in principio: 'Ο μεν μακαριώτατος 'Αββας Γεώργιος, ο κα Σύγκελλος γεγονως. bat temporibus Caroli Magni.

Quum autem Georgius chronographus, seu chronicus laudetur a plerisque, vt ab Hippolyto Thebano in chronico apud Canisium Antiquarum Lectionum tom. 3, a Photio patriarcha, libello, σο) cui titulum secerat: συναγωγαί καὶ ἀποδείξεις περὶ ἐπισκόπων, καὶ μητροπολιτῶν, καὶ ἐτέρων ἀναγκαίων ἐκκλησιαςικῶν ζητημάτων, nec non a Ioanue Tzetza Chiliade 2. hist. 33. de Cleopatra, et Pharo.

Μέμνηται μεν Βιργίλιος ταύτης της Κλεοπάτρας, Λεκιανός, ηρή Γαληνός, ηρή Πλεταρχος σύν τέτοις. Διόδωρος, Γεώργιος ὁ Χροδικός σύν ἄλλοις, Καὶ Ἰωάννης μετ' αὐτές ᾿Αντιοχρύς ὑςέρως.

Mentionem quidem Virgilius huius Cleopatrae fecit, Lucianus, et Galenus, et Plutarches cum his, Diodorus, Georgius, Georgius Chronicus cum aliis, et Ioannes post hos Antiochenus postremo: dubitari potest, de quonam Georgio intelligi debest. De Syncello dici plane zenset Gerhardus Vossus de historicis graecis lib. 3. in Ioanne Antiocheno, et postrema ista Tzetzae conuincere videntur. Nam si Georgio posterior est Ioannes Antiochenus, [P] qui nihilominus est Damasceno antiquior, quum ab eo Orat. 3. de imaginibus laudetur, sane Georgius ante Damasceni, quin etiam ante Ioannis Antiocheni tempora suit, ergo, non alius, quam Syncellus, quum ille antiquior ipso Hamartolo, et aliis suerit. Sed enim in his insulse, quemadmodum et in plerisque eliis, Tzetza argutatur. Nam si vera ipse pronunciat, quod ipse neutiquam crediderim, alius erit hic Tzetzianus chronographus a Syncello. Et vim argumenti nec Tzetza ipse, nec alius eo acutior, aut turbulentior essuget. Ioannem Antiochenum, vt diximus, Damascenus sub Leone laudat, sed per Tzetzam Antiochenum.

ev) De hoc dixi volum, XI. p. 27. S. XVI. [et ego plura adieci. Harl.]

tiochenus posterior est chronographo, quum post eum scripserit, "") ergo chronographus hie non erit Syncellus Tarasii patriarchae, qui post Damascenum annos fere septuaginta scribebet sub Constantino et Irene. Ergo quantum hic Syncellus Ioanne Antiocheno, et Georgio chronographo, qui ante Antiochenum scribebat, distabit? Chronographi tamen nomen Syncello magis, quam alteri competet, quod iple res per annos diuilas pertractauerit. ceteri fine vila annorum distinctione illas prosequantur. Verum in tanta auctorum confusione non dubito, aliis etiam Georgiis, et Hamartolo praecipue a scriptoribus, qui non fingula ad amussim examinant, tributum. Allat. Hic addere placet, Chronicon, lingua gr. vulgari scriptum, et a mundo creato, ad Amurathis vsque Sultani tempora deductum, auctore Georgio Malaxo, Paris. in cod. bibl, publ. quondam Colbertino MDCCXC. nr. 1. exarato probabiliter saeculo XVI. Harl,

XXIV. GEORGIVS alter MONACHVS, qui gaudet HAMARTOLVS, Peccator latine diceres, in fui contemtum; quod etiam plerique alii, fed Theophanes Syncelli continuator, potissimum in inscriptione operis, et ex Latinis etiam multi consueuerunt, adpellari. Chronicon et ipse scripsit ab exordio mundi ad Michaelem Theophili filium, **) quando ipfe vitam`agebat, ex variis et diuerfis chronographis, et interpretibus facris contextum; historia quidem non admodum opulentum, sed ad firmanda fidei capita, dissertationibus, et fanctorum patrum auctoritatibus longiusculum. Pleraque funt in [P] eo, quae in Cedreno, Theophane, Glyca, aliisque iisdem pene verbis, ac sententiis, paucissimis tamen exceptis descripta: ex hoc autem illi veluti e fonte suo, cum posteriores sint, haufisse, nemo ambiget. Historiam ad aliorum scriptorum loca obscura, et ardua explananda apprime necessariam nos e graeca lingua multis abhinc annis vertimus in latinam. vtinam aliquando bono reipublicae literariae lucem videat! "") Quid ex eius lections sperare possis, auctor, quisquis ille fuerit, in principio libri carmine iambico significauit,

> Πίναξ ἀκειβής της γεαφής το βιβλίο. Πεάξεις παριζών και χρόνους σεφηφόρων Πεάξεις παλαιάς, ἔεγα, κού κατασάσεις, Συμβάντα χωὶ πεαχθέντα πᾶς μαθάν θέλων,

> > Ταύτην

dem tempus, quo Ioannes Antiochemus vixit, Gequia post ceteros Antiochenum commemorat, ideo per avras veigus eum nominare. Nam ita Plutarchus ab eo laudatur-post Lucianum et Galenum, licet vtroque antiquior, et Diodorus post Plutarchum, quum din ante vixerit. Ceterum per Georgium chronicum Tzetzae, Hamartolum potius figuari mihi persuadeo, quam Syncellum; exarata in variis bibliothecis, vt caesarea, apud quemadmodum Georgius monachus inter scri- Lambecium VIII. p. 463.

ww) Fierl poteft, vt Tzetzes ne voluerit qui- ptores, e quo excerpta Peiresciana, nominatus cum Ioanne Antiocheno, itidem Hamartolus, est, orgio chronico posterius iunuere, sed tautum, de quo vide, si placet, quae dixi volum. VII. p. 463. sqq. [vbi vide, quae de Georgio Hamartolo et de codd, quorum nonnulli iam ad antecedentem S. memorati sunt, adieci. Hirl.

> xx) Hic imperio praesuit ab a. C. 841. ad 867. yy) Nec dum, quod dolendain, lucem vidit, neque Allatio neque alio editore, licet manu

Ταύτην βίβλον δίελθε, τοῖς γεγεμμένοις Τὸν τῶν ἐΦιςῶν πᾶσι, μή τι που λάθοι. 'Ως ἀν παςιςῶν ταῦτα τοῖς ἐκ εἰδόσι Έχειν νομίζη πεαγμάτων ἐμπαείαν.

Cuius ea est sententia:

O exarati codicis mirum Indicem;
Recenset acta, principum annos computat,
Antiqua narrat sacta: quis rerum status.
Te st cupido temporis lapsi tenet
Nouisse seriem; codicem istum perlege,
Et scripta volue serio, vt sugiat nihil.
Namque illa nescientibus cum postmodum
Ediseres, diceris expertus, catus.

Nec alio respexisse videtur, vt id quoque obiter hic notem, quam ad Dionysii Periegotae carmina. 22)

[P] Hocque meus Paraphrastes manuscriptus a) soluta oratione extulit. [P] Operis initium ita conceptum est: Χεςνικόν σύντομον εκ διαφόςων χεονογεάφων τε κομ εξηγητών συλεγεν, κωμ σωτεθέν ύποι Γεωργίε Αμαρτωλέ μοναχέ. Βίβλος γενέσεως ανθεώπων, η ήμεςα έπλασεν ο Θεός τον Αδαμ κατ εμόνα, κωι όμοιωσιν αυτέ. Ο δε Αδαμ εγέννησεν υίθις τρείς. Βευε chronicon e diversis Annalium scriptoribus, et expositoribus decerptum, concinnatumque a Georgia monacho [P] Peccatore. Liber generationis hominum ab eo die, quo Deus Adamum ud imaginem, et similitudinem suam creavit, exorditur. Adamus tres susceptificos. Temere engo plerique dictum Hamartosi chronicon Syncello adscribunt, vt adnotauit Gretserus; et inter alios codex Ambrosianus Mediolanensis. [v. S. antecedent.] Idem chronicon legitur etiam Scoriaci in biblioth. regia. [vide supra, S. VII. nr. 13. De cod. Bauar. CXXXIX. a cel. Hardt paullo vberius descripto, iam in S. anteced. de Georgio Syncello quaedam adnotaui.] Harl.

Ex

22) vers. 1701 et 881. sqq. squiss quilibet fa-

a) Hunc Paraphrakom periegeleos Dionysianae Eduardus Thwaitesius primum in praeclara sua Dionysii editione Oxon. 1697. 8. desside integriorem a. 1712. 8. ad calcem voluminio quarti geographorum graecorum minorum vulgauit Ioannes Hudfonus! Fabr. Hinc omfi locum, ab Allatio e cod. mo prolatum. Pariter bremitatis fludio Prodemium operis, iquod gr. cum versione lat. publici iuris secit, praetermittendum duxi. Harli

Ex hoc opere, de inuenta cruce Narrationem edidit graece, et latine cum aliis Gretserus tom. 2. de cruce p. 1140. notatque eam desumtam esse ex Alexandro, aut Julio Polluce; b) aut certe vtrumque eam ab hoc Georgio descripsisse, eamque iisdem fere verbis referri a Theophane in chronico; nec ignorare, qui in monumentis sequioris, ac posterioris Graeciae versatus est, quam liberaliter scriptores sese mutuo exscribere, aut expilare consueuerunt; subditque, hunc Georgium chronicon suum ab exordio mundi vsque ad imperium Constantini, silii Leonis, pertexuisse. Si de Constantino Porphyrogenneta siljo Leonis sermo est, sallitur Gretserus, quum multo ante diem suum Georgius obierit, nec vstra quam ipse in prooemio iam allato promiserat, historia illa producta sit. Quare ab alio, nec ab vno, ex aliis scriptoribus illa addita esse manifestum est, et ego in nonnullis manuscriptis id observabam.

In excerptis etiam, de Legationibus Romanorum ad exteros, nondum vulgatis, quaedam ex eiusdem Georgii historia eiusdem argumenti habentur. Περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς ἔκ τῆς ἱτορίας Γεωργίου τε μοναχοῦ. Ρ. ὅτι ὁ τῶν Περτῶν Βασιλεὺς Χοσρίης ἀποτάλας κατὰ Ῥωμαίων. Vt hinc videas Georgii historiam ab imperatore Constantino [P] Porphyrogenneta, ') tamquam non contemnendam in pretio habitam, et dignatione.

Seruaturque penes me ex satis antiquo codice descripta, èn τΕ χρονικου Γεωργίε μοναχου διήγησις αποδεκκύουσα πόθεν κοι ἐκ ποίου βασιλέως ελαβε την ἀρχην ή των εἰκονομάχων αίρεσις, και πότε ἐπαύσωτο. Και περί της ἐπιτελουμένης συνάξεως τη πρώτη κυριακή των ἀγίων νησειών. Εκ chronico Georgii monachi narratio, demonstrans, undenam, et ex quo imperatore originem sunsferit iconomachorum haeresis, et quando sinem habuit, et de synaxi, quae sit prima santsorum ieiuniorum dominica. P. μετρί Θεοδίσιον τὸν λοραμυτηνον ἐβασίλευσε Λέων Ισαύρος, ὁ και Κόνων. Quae in ista narratione habentur ex Georgii historia carptim, et, vti concinnatori placuit, desunta sunt: nihil ex ea hauries, quod non melius, àc persectius ex eius historia addisces. Multa tandem ex Georgio in suos Annales refert Michael Glycas, quae tamen non omnia probat, de quibus penes alios iudicium sit.

XXV. GEORGIVS CEDRENVS a quibusdam etiam monachus, vel sacerdos existimatus, tum quod similia sortis hominibus genus dicendi samiliare sequatur, tum quod de religione, et caerimoniis, et vita monastica prolixas disputationes sacpe sacpius interferat.

b) Alexandrum monachum intellige, cuius historicam narrationem de inuentione crucis Gretserus graece et lat. praemist: Iulium Pollucem, Christianum scriptorem, auctorem historiae physicae in Hexasmeron et chronici siue ecclesiasticae historiae ab origine rerum ad Valentem et Valentinianum, quae in variis bibliothecis seruatur manu exarata, vt dixi volum VI. pag. 144. [vbi editt. Bianconii ex cod. Mediol. et Hardtii ex cod. Bauar. ductas, in not, i. iam lau-

daui, Harl.] De codice Bauarico huius Pollucis praeter Gretserum facit mentionem Posseuinus adpendice ad adparatum sacrum, et sac. Pontanus praesatione ad Phranzam. De Augustano vide Nova literaria Hamburgens. a. 1709. p. 306. De Schleusingensi Godofredum Ludouicum in notitia bibl. Schleusingensis etc. Fabr.

c) Etiam inter feriptores e quibus excerpta Peirefeiana collecta funt, Georgius monachus laudatur.

Digitized by Google

ferat, a quibus ipfe non disfenserim, dummodo libri titulus, quem ipfi etiam producunt, suspectors non sit. Ab orbe ipso condito compendium suae historiae exorsus, ad Stratiotici abdicationem ") deduxit: opus e variis historiis non sententiis solum, sed verbo tenus confarcinatum absoluit. Quae si ab auctoribus repeterentur, nudus ipse, aeque ac cornicula illa remaneret. Primam enim historiae partem a Georgio Syncello, a Georgio alio, Hamartolo ad Maximianum, et Maximinum; cetera ad Nicephorum ex Genico a Theophane Syncelli continuatore, de Basilio Macedone ex Constantini Porphyrogennetae libro de vita, et rebus gestis Basilii Macedonis: a Nicephoro) ad Stratioticum ipsum, in quo historiam finit, a Ioanne Scylitza exscripsit, f) et nescio, qua fronte pro suis diuendidit, adeo, vt vix vnam, alteramue periodum in tam vasto volumine Cedreni propriam ac legitimam reperias: gratiae [1] tamen illi agendae funt, quod auctores nobis praecipuos et raros fuo ipfe furto conservauit, quando illi non haberentur. Sed quum iam nobis Georgii Syncelli, Hamartoli, Theophanis, Constantini, Scylacis, 8) aliorumque scripts, accuratissimorum hominum beneficio ac diligentia obtinemus, frustra faciet, qui Cedrenum perquiret: nisi aquarum riuuli, quam fontes, vade emanant, puriores ac dilucidiores, magis accepti fuerint. Editus est hic auctor graece et latine ex interpretatione Guilielmi Xylandri, qui Annotationes et tabulas chronologicas etiam addidit, Basileae 1566, in fol, ita tamen, vt paginarum integrarum defectum pluribus in locis sentiat, qui ex manuscriptis in Altempsiana et Vaticana bibliothecis conservatis suppleri poterunt. ") Erat quoque in bibliotheca patriarchae Conflantinopolitani, vt tradit Verderius, et in bibliotheca Antonii Augustini cod. CXXXI. Hunc aliquando Wolphius, fed quam fano iudicio? praetulerat Zonarae. Zonaras enim, licet in historia post Constantinum magnum ieiunior sit, et non nisi obuia quaeque percurrerit, in his vero, quae ante Constantinum ad mundi exordia diligentius ac copiosius versatur. Sed quod laude dignum eaque summa est, Zonaras res de suo componit et narrat, non alienorum furtis plausum captat, neque tractatus integros exscribit. Allat. [Post haec Allat. longum locum acreque de Cedreno iudicium Iosephi Scaligeri in notis in Chronicon Eusebii addidit, copiose castigauir, monuitque, haud distinilia esse, quae apud Vossium de historicis graecis libr. II. cap. 26. leguntur. Harl.]

[P] Monet tamen Vossius ex Gesnero, historiam Cedreni a morte Nicephori vsque ad imperium Ilasci Comneni etiam legi sub nomine Ioannis Curopalatae, (qui idem est cum

d) A. C. 1057.

e) Nicephoro Rangabe.

f) Confer, quae supra, volum. VII. pag. 722.

g) Scylitzae.
h) Post hace a. 1644. ab Allatio scripta, Georgium Cedrenum vndequaque reparatum et absolutum ex regia biblioth. typis pariter regiis publico dederunt Parisienses a. 1647. sol. vbi Basi-

leensis editionis lacunae expletae, castigata in plerisque a Carolo Annibale Fabrotto Xylandri versio, notae posteriores Iacobi Goari additae, Glossarium eiusdem Fabrotti praemissum, et adposita Scylitzae ad Cedreni historiam continuatio. Fabr. Plura leges supra ad vol. VII. p. 464. sq. Paris. in bibl. publ. cod. MDCCLXVII. exstat Georgii Cedreni chronographi narratio de Syluestri papae cum Iudaeis quibusdam colloquio. Harl.

E

cum Scylitza.) paucis exceptis.') et [P] Cafaubonum notis in lib. 17. Strabonis referre. quum a Graeculo historiam Curopalatae eruisset, eamque contulisset cum Cedreno, deprehendisse, eadem iisdem verbis ab iis dici, vt alteruter necessario plagiarius sit. Addit Casaubonus: At, quum me ab illo Graeculo deceptum, qui magna me pecunia emunxerat, inique ferrem: hot me tamen recreabat, quod, ex vtriusque collatione multa posse in vtroque emendari videbam. Cedrenum enim ita esse editum sciebam, vt multa passim in eius scriptis turpissima relicta sint menda. Sane Casaubonus non a Graeculo, qui, id quod erat, quam plurimi vendidit, sed errore suo, qui Scylitzam in Cedrenum translatum nesciuit, deceptus est. Frustra ergo queritur de Graeculo illo, qui Curopalatae historiam, quam vere profitebatur se habere, venalem exposuit: at ipse grandi pecunia mercatus est; cautius rem suam gerere debuit; rerum namque pretium vendentis redimentisque aestimatione accrescit. Vossius de historicis graecis lib. 3. in Ioanne Antiocheno videtur hunc Antiochenum Ioannem cum Curopalata confundere, quem dicit Syncellum, quod tamen fallum est, exscripsisse; quod multis in libris historicum Cedreni compendium tribuatur Ioanni Curopalatae. Certum tamen est, non vniuersam Cedreni historiam, sed eam tantum, quae a Nicephoro Rangabe exordium ducit, Ioannis Curopalatae esse, vt supra) diximus. Puerile denique est, dubitare '), an Cedrenus a Curopalate, fiue iste a Cedreno acceperit. De Cedreno vide Genebrardum in chronico, et Bellarminum de scriptoribus eccles. saecul. 11. anno 1070.

XXVI. GEORGII SICVLI in S. Demetrium Myroblytem, Troparium legitur 28. Octobris in Menaeo Graecorum, et in Anthologio; sed quonam ipse tempore vixerit, aut quisnam fuerit, mihi non liquet. Werum, quum Nicomediensis Georgius, vt supra notabamus, Troparia, Canones, Hymnosque, in sanctorum dies sessos nec vnius generis concinnauerit; et in Menaeis Graecorum tum editis, tum manuscriptis, pleraque similis

- i) De similibus codicibus MSS. Seguierianae siue Coislinianae bibliothecae, vide Montfauc. P. 33.
 - k) p. 650.
- 1) Ioannem Thracesium, (qui idem est cum Seylitza,) sequi se non dissitetur Cedrenus, et priorem sedore illius vtique in synopsim suam transtulit: sed altera Scylitzae editio ad Alexium Comnenum vsque, h. e. ad a. 1081. continuata, post Cedreni synopsim demum in manus hominum venit. Georgium Cedrenum epist. LXXXVI. ad Euthymium citat Nic. Comnenus Papadopoli in praenotionibus mystagogicis p. 361.
- m) Mongitor. in bibl. Sicula, tom. I. p. 255. de Georgio episcopo et ciue Syracusano plura resert, putatque, hunc illum esse Georgium, cuius meminere Wangereckins in Pietate Mariana Graecorum num. 32. p. 129. et Allatius, eum Siculum suisse tradentes. Illum vero, Mongitor. ex catal.

MSt. episcoporum ecclesiae Syracusanae, ex Offauii Caietani animaduerii. ad tom. L. Sstorum Siculorum p. 154. et tom. II. p. 272. aliisque, quos citat, prodit, floruisse a. C. 663. graecis litteris, quas CPoli accepisset, suisse adprime instructum; dum autem Syracusanam ecclesiam moderabatur, a Saracenis circ. a 727. d. XV. Iul. Sec. Manchorusium, in Kalendar. SStor. Syracusanorum cum aliis obtruncatum occubuisse in loco, cui nomen Maran, atque in ecclesia S. Anastasiae de Ollis sepultum esse. Caietanus tamen suspicatur, eum a Saracenis, expugnatis Syracusis, a. 669. aut 670. cum multis aliis fuisse interemtum. In cit. catalogo MSto Georgius fcripfiffe dicitur *Troparia*, quae in nativitate Christi canuntur, et in Epiphania. Eidem epistolam misst Vitalianus pontifex in Conciliis generalibus, Coloniae a. 1606. tom. II. p. 1161. et rogauit, vt Ioanni, episcopo Lappensi faueret. Harl.

*) p. 22.

similis argumenti occurrant sub Georgii nomine) quem quisnam [P] ille suerit, non facile discernes, operae pretium duxi, ea omnia, de quibus aliorum erit iudicium, huc, sed in ambiguo referre. Canones vero Georgii esse Acrostichis ipsa Canonum, et potissimum Theotociorum Tropariorum, quod huic auctori sollemne est, ex qua nomen sedulus Menaea Graecorum et manuscripta et edita euoluendo expiscatus sum, indicat. Ex his nonnulla vulgata sunt, pleraque etiam manuscripta in bibliothecis Italiae latent. Pro captu similis scriptionis operae pretium esset hic summatim, quid Troparium sit, quid Canon, quid Ode, quid Triodion, quid Tetraodion,) et alia, quae non ita in promtu sunt, nec enique obuia exponere. Verum quum id in tractatu meo de Melodis Graecorum latius peregerim, ne saepius eamdem cantilenam canere videar, satius me facturum puto, si ea tamquam ad catos, eorumque scientes expositionibus verborum omissis, sola compositionum enumeratione referam. Georgium Nicephorus Xanthopulus inter Graecorum ecclesiasticos hymnographos numerat,

Γεώργιος, Λέων τε, Μάρκος, Κασία. Georgius, Leo, Marcus, Cafia.

Leguntur itaque sub Georgii nomine, quisquis ille suerit, Troparia, in saustam martyrem, Chrestinem 24. Iulii.

Canones in santtos Carpum et Papalum. P. Καςπούς με δικακοσύνης.

In S. Artemium martyrem. P. ακτίνες ακλαμποϊς ανίσχουσιν, Acrostichie. Αρτέμιος Επλησεν αρτίου δρόμον.

In Callistratum martyrem. P. natherais rais Deiais normaleis. Acrostichis in Theotociis Teweylov.

In Nestorem martyrem. P. ξύλον ζωής ύπάρχον. Acrostichis. ξυνωρίς αὐτάδελ-

In Philemonem apostolum, et socios. P. χωροβατών χαρμονικώς τὰ εὐράνια.

In Archippum, Philemonem, et Sifinnium. P. τε Παύλου συμμέτοχος.

[P] In Parthenium episcopum Lampsaci. P. Quedeves rais à seamais. Acrostichis.

Perwroper sibo se rus naederius.

E 2

o) Tropariorum et hymnorum sacrorum auctores ab Allatio in hac ipsa diatriba memorantur praeter Georgium Nicomediensem et Siculum, Georgius Scylitza et Georgius Rammata, nec non Georgius Pamphilus et, qui expositionem canonum ac tropariorum scripsit, Georgius Corinthi metropolita. Georgium Siculum, Gregorii Syracusani fratrem, in explicatione hymnorum a

se scriptorum laudat Nic. Comnenus libro laudato p. 397.

p) Maiores hymni sacri vocantur Canones. Hi in odas dividuntur, odae in troparia. Triodium est canon tribus odis constans. Tetraodium quatuor, Theotocion hymnus laudibus Deiparae destinatus. In Gerasmum confessorem. P. οπλον κατα πάσης της μεθοδώας. Acrosichis in Theotociis Γεωργίου.

In Sabinum martyrem. P. το όμμα καθάραντες της ψυχης. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Vigiliam Annunciationis Deiparae, P. ο κόσμος περιχαρώς ευφράνθητι.

In ingressum in templum Deiparae Virginis. P. σοφίας πανάχεαντε-σε θηςσαυςόν. Acrostichis: Σοι την χάριν δέσποινα τῷ λόγῳ δίδου.

In Pelagiam martyrem. -P. προθέσα ως πανδαισίαν σήμερον. Acroflichis. πόθω γεραίρω την σοφήν Πελαγίαν. Et in Theotociis Γεωργίου.

In Procopium martyrem. P. ή αίγλη τε παναγίου πνεύματος. Acrostichis in Theotociis Γεωεγίου.

In Cerycum, et Iulittam martyres. P. o vontos nais. Acrostichis in Theotociis Tewpylov.

In Eliam prophetam. P. πυροφόρω της σης πρεσβείας. Acrostichis. ποθών γεραίρω τὸν θεόπτην Ήλίαν. Et in Theotociis Γεωργίου.

In Irenem, Agapem, et Chionem virgines. P. Αγνώα κοσμήσασα την ψυχήν. iuxta seriem alphabeti.

In Iosephum Iustum, patrem Domini, Iacobum fratrem Domini, Dauidem regem et prophetam. P. χαείτων προσχέονται. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Hermylum, et Stratonicum martyres. P. ἐπέφανεν έν κόσμω. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In Vigiliam Epiphaniae. P. σολίζεται σήμερον ή ἐκκλησία κού κόσμος. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In reditum reliquiarum S. Ignatii Theophori. P. λοχύν με κατά παθών περίζωσον. Acrostichis, Ἰγνάτιος εἰσαῦθις ἡμᾶς αἰτιᾶ. Et in Theotociis Γεωργίου.

In Mareum Arethusiorum episcopum, et Cyrillum Diaconum martyres. P. รกิร ะีน-

In Publicanum et Pharifaeum. P. παςεμβολαις εμβιβάζων πάντα. Acrostichis in Theotociis Γεωργίου.

In depositionem venerandae zonas Deiparas Virginis. P. λαμπάδα Φωτοφαή. 31. Augusti.

- In

[P] In vigiliam sanciae et venerandae crucis. P. Eraveos meorenciae

Melodum hunc Georgium elii etiam cognomines, qui se ad idem studium musicum, et concinne admodum adplicuerunt, etsi longo temporum interuallo disiungi non nemo sidenter satis satebitur, nec ego honeste dissentire possum, excipisat: et materia, et studii similitudo licet disiunciissimos, coniunctissimos faciat. Accedat ergo

XXVII. GEORGIVS SCYLITZA, cuius elegantissimum Canonem in S. Georgium martyrem, Smyrnae me aliquando legisse memini. P. Γεωργηθώσων εν καρδίας αυλαξιν εκ βρέφες. Acrostichis erat: μάρτυρι την ωδήν Φέρω Γεωργιος ο Σκυλίτζης.

Huius etiam xeovina, Annales dicuntur exflare in bibliotheca Sfortiana. Codicem, eumque ingentem quum auidissime arripuissem, Georgii Scylitzae nomine in fronte, articulo pracsignitum, quali thesaurum nactus, immensis gaudis oneratus sum; at, vbi penitius rem introspicio, nullum ibi Georgii vestigium, sed Zonarae omnia verbotenus eleganti charactere comperio, demisso vultu occidi, et librum abieci. Multa tamen ex eo in Zonara possunt emendari. 4). Sed illud obiter hic observandum est, Manuelem Malaxum in Nomocanone cap. 195. cuiusdam Iudaei historiam referre, qui in graui morbo, et vitae discrimine baptismum a Christianis comitibus petiit, quem tandem precibus obtinuit. Namque quum nusquam aqua suppeteret, vnus ex sociis, Christianus tamen, arena manibus capiti illius superinfusa, et sorma baptisinatis enunciata, baptizauit; et in margine codicis notate, hanc historiam decerptam fuisse παρά το χρονικό Γεωργία, το Σκυλίτζης, ex chronico Georgii Scylitzae. Id tamen parum caute, vt multa alia solet saepissime, effutisse, Georgiorum nomine Abbatis nempe, et Cedreni, qui camdem historism recensent, deceptum existimo. Numquam enim haec historia adparet in Zonara, ex quo sub Scylitzae Georgii nomine chronicon transcriptum est: nisi etiam aliud ab eo, quod ipie vidi, chronicon Scylitza scripsisse dicendus sit; quod an verum fuerit, alii dicent. Praeterea inter codices Palatinos Romae aduectos cod. CCLXII. Zonarae historia principio mutila a monarchia Romanorum incipit: in ea etti notis ab historia diversis praesixum est Γεωργία το Σκυλίτζης Georgii Scylitzae; differtque ab edita Zonarae, quod in capita diuisa, vhicumque summaria capitum exhibeat. An summarum auctor Scylitza [P] iste? An propterea vel fraude sua, vel exscriptorum oscitantia historiae auctor confingitur?

XXVIII. GEORGIVS RAMMATA, hoc solo mihi notus auctor, Troparia quaedam in S. Nicolaum Myrrhensium episcopum non ineleganter composuir, quae cani deberent es rous euvous, ad laudes; quae ita exorditur:

- 1. Τον σοβρι αρχιποιμένα των Μυρέων.
- 2. Ο Φωτής ο ανέσπεςος ο πυρτός ο ακίφωτος.
- 3. Νου લા σηλθες τα άδυτα, νου τελάς τα απιρέητα.

E 2

4. Σαλ-

q) Plura de Ioanne Scylitza, eiusque compendio historiarum adnotata sunt supra in vol. VII. p. 722. sqq. Hari.

- 4. Σαλπίσωμεν εν σάλπιγγι άσμάτων, σκιςτήσωμεν είςτια.
- 5. Σαλπίσωμεν εν σάλπιγγι ασμάτων. κύψασα γάς άνωθεν.

Digna omnia luce, quam nondum viderunt. Praeter enim quartum et quintum in Menaeo Graecorum die 6. Decembr. edita absque nomine auctoris, reliqua tria, quod ipse sciam, inedita sunt.

- XXIX. GEORGII HERACLEENSIS Laudatio ad imperatorem Michaelem Dutam, εγκώμιον προς τον βασιλέα Μιχαήλ τον Δευκα, conservabatur in biblioth. Medices.
- XXX. GEORGIVS?) CORCYRENSIS metropolita, sub Friderico et Manuele Comneno imperatoribus doctrina, eruditioneque clarus innotuit. Romam ab imperatore ad concilium, post etiam, si facultas data suisset, ad imperatorem Fridericum transmittitur. Sed, dum ille infirmitate Brundusii, Hydruntique per sex menses retardatur, concilio Romano sinis imponitur, ad quod loco illius Nectarius, abbas monasterii Casulorum in Magna Graecia, vir, et dicacitate, et pertinacia, et propugnando schismati, et Graecorum erroribus impudentia, longe post natos homines improbissimus, conuenit. Ex Brundusio scripsit patriarchae Antiocheno Simeoni, Baron. tom. 12. anno 1178. Hinc Georgius ab imperatore reuocatur; primum, vt suae prouideret ecclesiae, postmodum, vt synodo Constantinopolitanae a patriarcha indictae interesset.
- r. Scripsit plures spistolas ad diversos,) quas Federicus Metius Thermularum episcopus, et collegii Graecorum alumnus ex manuscripto codice latinitate donatas, cardinali, Caesari Baronio, dederat, qui [P] ex illis aliquas Annalium suorum tom. 12, latinas inseruit, earum sectione non parum desectatus. Desestat quippe, ait, audire Graecum antiquitatis
- r) Cognomento Cupharas. Fabr. De hoe Georgio Corcyr. conf. Cauei hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 217. ad a. 1136. Oudin. comm. de SS. eccl. tom. II. p. 1556. qui notat Caueum, quod annis XL. antiquiorem illum Georgium faciat, quam reuera suerit; quippe quum a. 1170. storuisset fub Manuelis Comneni imperio. Idem monet, Georgium, de quo h. l. Allatius agit, dici seniorem. ad distinctionem ab altero eiusdem nominis et sedis episcopo, qui circa a. 1236. cum fratribus Minoribus disputationes habuit ad sidei graecae commendationem et doctrinam; hos duo autem diuersos ab Allatio et Cauco fuisse imprudenter confusos. Tum duo alios Allatii errores castigat, vti ad not. x. observaui. — Paris. in bibl. publ. cod. MCCCIV. nr. 2. exstat, Georgii, Corcyraei metropolitae, responsum ad quaestiones, sibi propositas, de ritibus quibusdam in liturgia seruandis. Harl.
 - s) Vt ad imp. Fridericum epistolas II. Baronius ad a. 1176. n. 21. et 1178. n. 13. ad Manuelem (Compenim) imp. ad a. 1176. n. 23. ad Bafilium Camaterum (ab a. 1198. ad 1186. patriarcham CPol.) Epistolam vnam dat Baronius ad a. 1180, n. 26. quarta citatur a Nic. Comneno paga 202. praenot. mystagog. Ad Athanasium patriarcham Hierosol. Baron. ad a. 1188. n. 30. ad Simeonem patriarcham Antiochenum ad a. 1178. n. 14. ad imperialem notarium Ioannem Hydruntinum, ad a. 1178. n. 15. ad Nestarium Cafulorum abbatem epittolas II. ad a. 1170. n. 10. et 12. Fabr. v. infra, vol. XI. p. 620. ed. vet. Binae epp. ad Neclarium, latine, in tom. XIII. Concilior. Labbei, ed. Venet. p. 436. sqq. Altera, quae incipit: 'Ανδρί τέτφ τέχνης ἐπιτήμενι. Florent. in cod. Laurent. XVI. nr. 28. plut. 9. v. Bandini cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 416. Harl.

quitatis quidpiam redoleutem, viinam et pietatis. Namque ipfe Georgius erat schismuticorum fuligine tinstus, et morbo affestus.

- 2. Scriplerat praeterea Monodiam de Neclario iam dicto ') per modum epistolae ad Nicolaum Hydruntis iudicem. Eadem latina ab eodem Metio facta in eodem Annalium tomo legitur. ") Maxima visitandi Hierusalem cupiditate exactuasse, ex eiusdem ad Athanssium patriarcham Hierosolymitanum, et patriarchae ad eumdem litteris datis, editisque a Baronio adparet. Legi iple einsdem nonnulla aduerfus Latinos opufcula,") inter ea praecipua funt: ἀρχή ἐπισημειώσεων πρὸς ἄπερ ήρωτήθημεν κατακεήμενος ἀσθενῶς ἐν τή άγία μονή των Κασούλων παρά των λεγομένων Φρατομινουθίων, οί τινες παράδιδάσκουσι, κως παραδογματίζουσιν, ενας τι πυρ καθαρτήριον, έν ω οι τελευτώντες έν έξαγορεύσες. μήπω δε Φθάσαντες αποκλαύσασθαι τα οίκεια πλημμελήματα απάγονται, χού καθαίςονται πεό τῆς τελευταίας κρίσεως, τέλος εύρισκοντες ἀπαλλαγήν σιμωρίας πρό τῆς τελευταίας κείσεως. αμα πεοισώντες σύμμαχον το τοιούτου λόγου, και τον ον άγίοις Γεηγόειον τον Διάλογου. κου ή μέν πευσις τΕ Λατίνου, έκαλετο δε έτος Βαρθολομαίος, τοιάδε τις Αν.; θέλων μαθείν αθ υμών των Γρακών. Initium confiderationam corum, de quibus in saucto Casulorum monasterio male adfecti a fratribus minoribus interrogati sumus, qui perversa docent, et male adstruunt, esse quemdam ignem purgatorium,") in quem, dum confessi moriuntur, net propria crimina deplorarunt, asportantur, et purgantur ante finale indicium; tandem aliquando poenas fraem [P] ante dichum indicium adipiscentes, et huiusce dichi aduocatum adstruunt sanctum Gregorium cognomento Dialogum. Interrogatio parro Latini, cui nomen erat Bartholomaeo, hase fuit: Cupio a vobis Graecis perdiscere, etc.
- 3. ΤΕ αὐτε δεὐτερον σύνταγμαπερ βάας κοινωνίας, ἐν ὧ καὶ ἡ ἀπόδειξις ἀπλῶς ἐκ τῶν θάων γραφῶν. ὅτι ἔνζυμος ἀρτος τῷ ἐκκλησία παρεδ θη παρα τῶν ἀποςόλων προσφέρεσθαι ἐς καὶ μέχρι τε ἀγίε Γρηγορίε τε Διαλόγε τῷ Ρώμης προσεφέρετο ἐκκλησία. γράφει δὲ καὶ τὴν περὶ τούτε ἐν Κωνταντινεπόλει γενομένην διάλεξιν, κοὶ πῶς ἀντεκπείν ἐκ ἡβουλήθησαν οἱ Λατίνοι, ἀκλὰ καὶ μαϊλον ἐπήνεσαν τὸν θῶον ἄρτον, τὸν ἐνζυμον. «καὶ ὅτι εὐρεθείσης καὶ μερίδις ἐκείνε τε ἄρτε, ὁν ὁ Χριτὸς ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ δείπνω, ἐν τῷ τε μεγάλε παλατίε σκευοφυλακέω πᾶσα πρόφωσιε ἡρθη ἐκ μέσε. Είμισει from from from fratio, panem fermentatum ecelefiae traditum fuise ab apostolis ad oblationem, quemadmodum ad tempora santi Gregorii cognomento Dialogi in romana ecclesia offerebatur. Prose-

t) Defunctus Nectarius a. C. 1181. vt ex Acindyno conflat.

w) ad a. C. 1181. n. 30 - 33.

v) Ex Georgio Corcyrensi de processione Spiritus S. quaedam producit Allatius II, 6. de consensu S. 6, p. 581. Idem p. 705. lib. 2. cap. 13. S. 4. notat, sub Nicolai Hydruntini sue Hydrussae magistri nomine quaedam legi ex Nic. Methonensi desumta vel ex Georgio Corcyrensi:

et multa per exferiptorum incuriam ad Georgium referri, quae Nicolai Hydruntini fint.

w) Locum ex Georgio Corcyrensi contra Latinos de purgatorio igne adfert Allatius pag. 134. diss. 2. de libris eccles Graecorum. Fabr. Sub nomine Georgii metropol. Corcyr. (22022/2015) opus de igne purgatorio (22022/2015) exstat Florent. in cod. Laurent. XXXVI. nr. 3. plut. 5. v. Bandin. l. c. I. p. 60. Harl.

Prosequitur praeterea disputationem de hac re Byzantii habitam, et quomodo illi contradicere noluerunt Latini, sed potius sanctum panem fermentatum laudarunt; et quum illius panis, quem Christus in coena discipulis tradidit, particula in magni palatii Sceuophylacio inuenta esset, omnis contradicendi causa de medio sublata set. P. κωινωνικόν μέν ζωον ὁ ανθεωπος, κοὴ τῆς ιδίας Φύσεως αδιαίρετος πέψυκεν έρατης.

Liber erat in bibliotheca Barberina satis antiquus, lacerus, male compaginatus, et erroribus plenus, exscriptus a Ioanne Neriteno anno Domini 1036, vt ex male conflatis in fine libri carminibus elicitur: quae sunt,

Σοὶ Χειτε χάειν τῷ χαείσαντι νόμον Πεὸς ἀχάειτον Ἰωάννην σὸν λάτειν Ύγείαν ὃν Φύλαττε, καὶ πάσης βλάβης ΨυχοΦθέεε εύσαιο τἢ σῆ δυνάμει.

Έγραφη το παιρον βιβλίον δια χειρ's Ιωάννε Νεριτηνέ, μηνὶ Ιουνίω εν τη εγ'. ημέρα παραπευή, ωρα 9'. έται δε το μό, ε) της Ινδιατι. 9'. [P] Tibi Christe gratiae, qui dedisti legem ingrato Icanni servo tuo, quem sanum conserva et ab omni animiperda libera tua facultate. Scriptus est hic liber manu Icannis Neriteni, mensis Iunii die decimo tertio, Parasceues hora nona. anno 6544. indict. nona. Ab his si detrahas unaos mundi 5508. qui remanent, erunt 1036. a Christo nato.

XXXI. GEOR-

x) Non dubito errorem esse in numeris, et scriptum shad 6744. hoc est CHristi 1236. Certe Georgii Corcyrensis lucubrationes qui a. 1180. et post scripsit, a. 1036. a librario describi non potuere. Allatius cosdem titulos librorum Georgii, versusque cum subscriptione referens lib. 2. de consensu c. 11. S. 6. p. 664. exhibet sand, 6644. hoc est CHristi 1136. Sed ita quoque error est manifestarius, eo, vt dixi, modo emendandus. Fabr. Oudin. postquam locum Allatii exscripserat, at in fine loci eum aliter, ac Fabricius, sic scribentem secerat, - "manu Ioannis Neretini, die decimo tertio Iunii mensis; Parasceue hora nona, anno VI. millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, Indist. nona. Ab his si demas annos V. MDCVIII. qui remanent, erunt anni MCCXXXVI. Christi, quod confirmatur ex indictione IX. quae anno praefato 1236. connenit." (Num Fabricius, an Oudinus verba Allatii recte reddiderit, equidem nescio;) Oudinus igitur ita pergit: "Si autem legeretur, vt Allatius tat. Harl. legit, sand seu 6644. seriptus esset liber a. C.

1136. vti post Allatium Caucus ad annum 1136. p. 663. scripsit; sed Indicio defiguata tunc falfa esset, quum a. 1136. Indictio decima quarta concurreret. Itaque certo ex Indictione IX. notata legendum fuit (fra soud') non, sand', vii male legerunt: hoc est anno mundi 6744. qui cum Indictione IX. concurrit, non, 6644. - Paullo ante euincit, Allatium falli, "dum, ait, illi adtribuit Disputationes duas cum Frairibus Minoribus ex MS. cod. Barberinae bibliothecae quae non a. 1136. factae funt, vt Allatius feribit, sed a. 1236. annis centum postea, ac annis circiter quinquaginta postquam hic Georgius (senior) floruit: qui quum annis circiter totidem Fratres Minores praecesserit, ad Georgium alium eiusdem nominis et sedis episcopum necessario ob magnam temporis medii intercapedinem pertinere debent. " Hactenus Oudin. qui de Georgio, metropolita Corcyrensi, iuniore, et claro saec. XIII. 2. 1230. tom. II. col. 110. fqq. vberius dispu-

XXXI. GEORGIVS MANGANES sub Alexio Comneno, villius scriba; plura ad munus suum pertinentia scripsisse verisimile est, sub anno Domini 1081. Anna Comnena Alexiados lib. 2. κατανεύει προς τέτο 'Αλέξιος ο αρτιφανείς βασιλεύς, και μετακαλεσάμενος ευθύς Γεωργον των Μεγκανην, ας χρή ύπογραφούς ευτέ έχρηματίζεν, είνατίθεται σέτω την τε χρυσοβέλλε γραφήν. ὁ δε έπὶ τριείν ήμέραις ύπερετίθοτο άλλοτε άλλας αιτίας συνέχουν, ποτέ μέν λέγου, ώς άξα κατάκοπος γεγονώς κατά την ήμέξαν όλην, σης γυατός μη δύγασθαι γραφην ξυντελέσαι, άλλοτο δ' ότι τα γεγραμμένα γυατός σπινθής έμπετών ώπετέφρωσεν, τι τυαύτα και άβλοτε δ Μαγκάνης προφασιζόμενος, `και οἶον paynavevoperos altore alkas unegerifero. Adnait ad hace Alexius recens imperator, et arcessito illico Georgio Mangane, qui scriba illius erat, imponit aureae bullae scriptionem; ille per tres dies rem differebat, alias atque alias tarditatis caussa adduceus, nunc quidem diceus, se per totum illum diem laboribus adtritum, nocte non potuisse scripturam absoluere; aliquando, quae nottu scripta erant, scintillam incidentem in cinerem convertisse. Hace et similia Manganes praetexens, et quaf manganizau,, in aliud atque aliud tempus negotium prolatabat. Ve hine quoque prudentiam hominis in administranda republica deprehendas; quod et accuratius infra describit, etc.

(P) XXXII. GEORGIVS presbyter, CHIONIADES, scripsit, σχήματακο σχόλια es την βιβλον Ιωάννα τε Δαμασκηνε προς τον έν μοναχοϊς σεβασμιώτατον κύριν Θεόδελον. Schemata, et scholia in librum Ioannis Damasceni ad reverendissimum monachum dominum Theodulum. P. τὰ εἰωθότα ζητεσθαι κύριε. [conf. supra, vol. IX. p. 742. vbi inferiptio differt.] Labor est ad intelligentiam sententiarum tanti patris satis idoneus, et opportunus. Ex codice Vaticano iam habuit doctissimus Aubertus, vna cum Damasceni operibus editurus.

XXXIII. GEORGIVS XIPHILINVS ex Magno Vasorum Custode post Dositheum patriarcha Constantinopolitanus.) Notitia patriarcharum: κοῦ γέγονε μετ' κυτον πατριάρχης ὁ μέγας Σκευοφύλαξ Γεώργιος ὁ ΞιΦιλινος, κοῦ ζήσας ἔτη τ΄. κοῦ μῆνας l. καλῶς κοῦ Δεοφιλῶς πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν. Ετ substitutus est in eius locum Georgius Xiphilinus, magnus Vasorum Custos, qui quum an. VI. mens. X. praeclare ac religiose vixisset, ad dominum migrauit. De eo Ephremius:

Έπειτα Γεώςγιος ὁ ΞιΦιλίνος Σκευοφύλαξ ῶν τῆς Θεῦ γ' ἐκκλησίας Ποιμαντικήν ἔληφε καὶ περεδείαν.

Deinceps Georgius Xiphilinus Vasorum Dei ecclesiae custos cum esset, pastoralem dignitatem, et primam sedem adeptus est. Eius meminit Nicetas Choniates in Isacio Angelo lib. 2. cap. 4.

y) Ab a. C. 1192. ad 1198. Fabr. conf. Cane anno patriarcha CPolit. creatus, et a. 1199. morhist. litter. SS. eocl. II. p. 252. sq. ad a. 1193. quo tuus esse dicitur. Harl.

Vol. XII.

Digitized by Google

et Theodorus Balfamo susm in Canones [P] Apostolorum, synodorum, et patrum expositionem carmine iambico, quod operi praesigitur, eidem nuncupauit.

·· Nius de iuribus territoriorum conflitutio, 1) fubferiptione et figillo Ioannis Camp teri, qui in patriarchatu successit, confirmata legitur apud keunclauium graece et latine in Iure Graeco - Romano, tom. I. lib. 2. p. 283 👛) Legi einsdem duo Synodalia fancita de Stauropegiis, fub a. 1192, ab Euftachio Chandreno magnae ecclefiae chartophylace fubscripta, apud Manuelem Malaxum in Nomozanone, quem illo communi Graccorum lingua conferiplit cap. 483. Primi erat iflud principiam: Appliance had the Suncyons red for a μετρίοτης ήμων. Secundi: Γέγονεν οικόνομία τις ευλογος το υπομετήματος. Protecties praeterea dignitatem, olim minoribus adnumeratam, maioribus adletiplit; et factum fus fragio suo adprobavit Eustathius metropolita Thestalonicensis, summisque laudibus tamquam reclum reclaeque rationi confentaneum enexit. Ioannes epilcopus Citri, responsa ad Constantinum Cabasilam Byirhaeliii archiepiscopum: To TE Пештеквінь ве дофіню ем τοῖε ὑποβεθηκόσην ἔμ' ἔκπωλοφ. ὑςἔρον τὸῖε ὑπερέχυθι συνετάγη παρά τθ τῆς μακαρίως λήξεως πατειάεχε Κωνςαντινεπέλεως Γεωεγίε τε ΞιΦιλίνες τη τώξει δε ταύτη έπηκο -λέθησε, κοὺ γνώμη γενναία τε ἐν αγίοις μητεοπολίτε Θεσσαλονίκης Ευταθία, ἐπαινέσα, παί έξαίρεσα το γεγονός, ως εύλογως, πού αμέμπτως πραγθέν οδα τηνικαύτα τινών αντειπόντων, ως μή αποδεξωμένων την πεαξίν. Protectics autom officiam quum antea esset inter inferiora, postea in altiorum ordinem statutum est a beatae memoriae patriarcha Constantinopolitano Géorgio Xiphilino. Hanc autem abionem fubfoquuta est praetlara sententia sanoss metropolitae-Thesalonicensis Eustathii, id laudane, et extollens, ve iuste et extra reprehensionem factum; quum quidum, qui actionem non admittebant, tune contradicerent. Et Anonymus de officiis magnae ecclesiae Constantinopolitanae apud me: To de TE Newverdine oppinior et τοις ύποβεβηκόσι πρότερον ον τοις ύπερέχεσιν υπερον συντέτακτας παρά τέ πατριάρχε Γεωργίο το ΞιΦιλίνο. At Protecdici officium, quum antea esfet inter inferiora, postmodum inter eminentiores ordines a Georgio Xiphilino patriarcha collocatur.

XXXIV. GEORGII LAPITHAE CYPRII [ex nobili et antiqua familia orti,] versus morales b) graecos [P] 319. vidit Gesnerus Venetiis in biblioth. S. Antonii, recensetque Robertus Constantinus in bibl. Florebat eadem cum Barlaamo monacho aetate, ad quem ipse plurima scripsit, vt idemmet Barlaamus epist. ad Nilum Inclusum, quem indicem inter se et Palamam constituit, adsirmat: μοια δε τέτοις καὶ εν τοῖς προς Λαπίθην τὸν Κύπριον ἐμοῖς συγγράμμασι γέγραφα ταῦτα, ἄπερ ἐπὶ τῷ Φυσικῷ επομεν. His similia nostris ad Lapithem Cyprium commentaries scripsimus, et in Physicis etiam pertractauimus.

Tem-

z) Sententia synodalis de iuribus territoriorum, (promulgata et confirmata a. C. 1197. d. IV. Febr.) Vindob. in cod. caes. CCCLIII. nr. 3. 7. Lumbec. V. p. 1514. sq. Kollar. Harl.

aa) Georgii Xiphilini decretum de Eunuchis eitat Nic. Commenus p. 158. praeuot. mystagog.

et Synodicon de trina in baptismo immersione

Trudi guvror, & bibrise, ris re not an royzáras.

Tempore itaque Pelamae florebat, qua et Barlaamus aetate circa annum Domini 1337. vt ex eius dem Barlaami monachi de Lupari defectu comprehendendo ex mathematica conftructione Ptolemaei, quae incipit: αναγκαΐον ήγησαμην έκθέσθαι σοι, colligi potest.

Inter Barleami opera illud quoque legi: Βαρλαάμ μοναχέ, λύσις es τας έπενεχθάσας αὐτῷ ἀποείας παεὰ τέ εοΦωτάτε Γεωεγίε τε Λαπίθε; Barlaami monachi for lutiones ad proposita sibi dubia per sapientissimum Georgium Lapithem. Lapithee dubiorum principium illud est; έν τοις πρώτοις περί κινήσεως λόγοις απεδείξατο 'Λρισοτέλης διά πλειόνων.. Responsionum Barlaami: προς μέν έν Πλάτωνα, ω γενναίε, οπώς ποτε έχω Aρισστέλης, εν οις Φιλοσοφεί. Eiusdem in biblioth regis Gallorum cod. MMXXXIX. habentur τίχοι πολιτικοί αυτοσχέδιοι es κοινήν ακοήν. Versus politici subinde et immeditate fasti, palamque omnibus recitati. P. γνώθι ταυτόν, δ βέλτιςε, τίς τε καὶ πέ τυγχάνεις. Opus est divilum per titulos iuxta varia rerum argumenta. Et nescio, an distinctum ab eo, quod nobis Gelnerus et Copstantinus recensuit. Allat. In cat. MSS. regg. bibl. Paris. vol. II. p. 564. numeratur cod. MMDCCCLXXVIL ibique nr. 1. ita citatur: "Georgii Lapithas poëmata, versibus politicis. Ibi de varii argumenti rebus, illis praesertim, quae ad pietatem spectant" - De Georgii Lapithae epistolis v. supra, vol. VII. p. 655. not. dd. Eiusdem epistolas exhibuit Boiuinus inter elogia, tom. I. historiae Gregorae praemissa. Conf. Rob. Gerium in adpend. ad Cauei hist, litter. SS. eccl. tom. II. p. 42. ad a. 1340. Harl.

Lapitham, eius studia, res ac fortunas ad amussim nobis repraesentanit Agathangelus ") Callistrati filius in Narrationibus.

[P] XXXV. GEORGII CERAMEI de Jambica in librum Simeonis Sethi de Stephanite, et Ichnilata laudantur in Indice manuscripto graeco. Συμεών Μαγίτει διήγησις μυτική των κατά Στεφανίτην και Ἰχνηλάτην μετενεχθέσα έκ της Λεάβων διαλέκτε έν λόγοις ή. Γεωργίε Καραμέε Ίαμβεια έπὶ τη προδέηθειση Βίβλω. Simeonis magistri narratio arcana de Stephanite et Ichnilata ex Arabum lingua conversa libris octo. Georgii Ceramei carmina iambica in praedictum librum.

XXXVI. GEORGIVS CHVMNVS Byzantinus"), scripfit historiam rhythmisam ab iis primis Geneseos verbis, in principio creauit Dous coehum et terram, vsque ad regnum

- 9. Almagesti Ptolemaei libros XIII. ") Opus postumum Basileae spud Henricum Petri in solio. Et haec quidem edita sunt. Quae subduntur ex Nota manuscripta inedita, quod ipse sciam, in latebris abduntur.

10. Inter-

aa) lib. XV. cap. 64. Etiam Petrus de Natalibus lib. X. c. 114. et Iacobus de Viragine historiae Lombardicae c. 175. Confer, quae notaui vol. IX. p. 737. sq. Diarium Venetum tom. XVI. p. 432. Fabr. s. Zenum, in Diss. Voss. l. c. p. 10. Plura in hanc sententiam adnotata sunt a Fabric. et a me supra, in vol. VIII. p. 144. sq. et ad vol. XI. p. 473. Add. Boccat. genealog. deorum IX. p. et X. 9. atque Io. Fabric. in histor. bibl. Fabric. part. L. p. 151. Harl.

bb) Vide volum. III, huius bibl. p. 222. inprimis p. 305. Fabr. Conf. Zeni Diff. Voss. l. c. p. 10. qui plures enumerat edd. Saxii histor. litterar, typograph. Mediolau. praef. p. 10. et histor. fol. CLVII. — De edit. Basil. ap. Valentin. Curiom 1522, 4. v. Panzer. A. Typogr. vol. VI. p. 235, nr. 458. — De edit. Aristotelis rhetoricorum ad Theodesten libr. III. Georgio Trapez. interprete, cum eiusdem Trapez, rhetoricorum libris V. Venet. in aedibus Aldi, 1523. fol. bibl.

Pinellii, tom. III. p. 31. sq. et infra ad nr. 14. not. i. — Tourini in bibl. reg. in cod. lat. CDIV. sunt plures Trapezuntii epistolae: n. Indiculus in librum Platonis de republica; praesationes ad oratt. Demosthenis; itidemque ad Platonem de republica et ad libros rhetoricorum Aristotelis; tum introductio ad libros magnae Ptolemaei compositionis, atque in eosdem commentaria. v. cat. codd. io. in. Taurin. p. 98. vbi inter alia notatur, cod. manu ipsius Trapezunt. esse exaratum, sed omnia scatere lituris. Harl.

cc) Trapezuntii verno Almagesti primum prodiit Venetiis a. 1515. sol. edeute Petro Lichtenstein, Coloniensi: deinde a. 1528. sol. ex Lucae Antonii Iuntae ossicina per Lucam Gauricum Neapolitanum. Hinc Basileae 1541. sol. cura Hieronymi Gemusaei vaa cum aliis Ptolemaei scriptis ex aliorum versione, et a. 1551. sol. recensente Tubingensium mathematico Oswaldo Schreckensusio. Perotti sinistrum de Trapezuntii labore

Digitized by Google

- 10. Intorpretatio Aristotelis de Anima. de) Physicorum. De generatione, et corruptione. De animalibus. Problematum, [et rhetoricorum.]
- 11. Gregorii Nysseni, de perfesto homine, nisi eadem sit cum illa,") de vita Moyfis, sue vita perfesta. [v. supra, nr. 4.] Bastiii, (puto, legendum Gregorii,) de laudibus Bastii magni.
- 12. Et iussu Nicolai V. Platonis libros de legibus. Hanc Trapezuntii interprentionem) Bessario cardinalis aduersus calumniatorem Platonis libro V. p. 88. sqq. edit. Aldin. examinauit, et errores, vti potuit, detexit.

K 2

13. Scri-

iudicium Allatius dabit infra p. 378. Fabri. Conf. supra, vol. V. p. 282. sq. vbi Fabric. ed. Venet. prodiisse seripserat 1525. sed hoc loco rectius a. 1528. notauit. Atque censor vol. V. in Ien. A. L. Z. a. 1806. ur. 229. p. 602. obseruarat, in suo exemplari legi: anno Christi 1528. labente. Add. Hodium l. c. p. 113. sqq. Boerner. l. c. p. 109. et p. 113. et Zeni Diss. Vossian. tom. II. p. 12. sq. De edit. antiqua v. Mittarelli in adpendice librorum saeculi XV. ad bibliothecam S. Michaelian. Venet. MSS. codd. col. 391, sq. et 458. Harl.

da) Hae versiones librorum Aristotelis, quas Trapezuntius composuit, et Allatius memorat, adhuc, quod sciam, funt ineditae. Politiano, qui versionem Trapezuntinam librorum de animalibus praesert interpretationi Theodori Gazae et hunc, licet dissimulet, illius passim legere vestigia adfirmat cap. 90. Misc. indignátus Ianus Parrhasius quaesitis per Epistolas, Epistola LX. Fabr. De libris Aristotelis, a Georgio Trapez. latine versis, corumque editt. et codd. quibusdam v. Zenum l. c. pag. 10. sq. et de orta eius cum Gaza controuerfia Boerner. l. c. pag. 116. qui in nota ** iam laudauit Ios. Autonii Saxii historiam litterario typographic. Mediolanensem pag. 156. fqq. Add. supra in vol. III. passim in capite de Aristotele. Codd. a Zeno memoratis adde cod. XV. scholae ap. Couentriam, sf. nr. 1460. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. Georg. Trapez. librorum Aristot, de anima translatio. — Leidae in bibl. publica est Georgius Trapezuntius in peruersionem problematum Aristotelis a quodam Theodoro Cage, [quo nomine per contemtum Gazam adpellare solet, editam, et problematicae Aristotelis philosophiae protectio ad diuum Alsonsum, regem Arragonum et viriusque Siciliae. v. cat. bibl. Leidensis p. 332. nr. 151. Harl.

- ee) Eadem vtique videtur. Fabr. Vid. ad nr. 4. Zenus l. c. p. 8. nr. 4. citat: Gregorii Nysseni de vita Mosis, siue de vita persecta lib., Trapez. interprete, et memorat editt. ac p. 9. nr. 7. versionem Gregorii Nysseni orat. de laudibus Basilii M. fratris; nr. 8. Gnegorii Nazianzeni orat. de laudibus S. Basilii M. einsdemque orat. de laudibus S. Athanasit, episcopi Alexandrini, hasque duas posteriores versiones, auctoritate Nicolai V. pontif. rom. sactas, exstare alt in cod. Vaticano MMMMCCXXXXIX. Harl.
- ff) Hacc quoque versio Platonis librorum de Legibus nec dum, quod sciam, est edita, etsi cam iam a. 1452. legit Hermolaus Barbarus, vt constat ex eius Epistola ad Trapezuntium, qua illam in-terpretationem valde celebrat. Trapezuntius illam iussu Nicolai V. susceptam dedicauit serenissimae reipubl. Venetae. Vide Diarium Venetum tom. XVI. p. 415. et 429. et tom. XVII. p. 275. [f. in Zeni Diff. Voff. II. p. 11. fqq. Harl.] Versionibus hisce Trapezuntii ab Allatio memoratis, adiungenda interpretatio Centiloquii fiue aphori/morum-astrologicorum Claudii Ptolemaei. dicata Alphonso regi Neapolitano et cum commentariis Trapezuntii edita Venet. 1524. 4. Colon. 1544, 8. Bafil. 1550. etc. Fabr. conf. Zeni Dist. Voss. l. c. p. 14. sq. qui p. 15. addit versionem-Demosthenis orat. contra Ctefiphontom, ad Alphonfum regem, in cod. Iac. Sorauzi, feuatoris. De Grammatica gracea y, supra ad vol. VL p. 343. Hari.

[P] 13. Scripsit vero de suo latine, de osto partibus orationis compendium. 25) Augustae in 8vo. 1537. Allat. Conf. paullo ante ad nr. 8: not. c. de quibusdam Trapezuntii opusculis lat. Harl.

- 14. Rhetoricorum libros V. hh) Basileae 1522. in 4to et Parisiis 1538. in 8vo. De illis typographus: in emendatione huius operis, et graecis praecipue restituendis non parum nos adiuuerunt Hermogenis rhetorica graeca: et quibus quantum ad status inuentionis praecepta, et formas eloquutionis adtinet, bonam partem in suos libros Trapezuntius translulit, vbi interim quaedam sunt, sic latine reddita, vt propter vocabulorum nouitatem vix intelligas, nist prius graeca legeris. Proinde graeca nonnumquam in marginem adscripsimus. Fernandus Alsonsus Herrera edidit in eosdem rhetoricorum libros Scholia ex Hermogenis Tarsensis methodo, Compluti anno 1511. cum eiusdem Trapezuntii vita, in solio: vt adnotatur in Bibliotheca Hispanica pag. 570.
- 15. Commentaria in plerasque Ciceronis orationes, et praccipue Philippicas (1) Parissis apud Ascensium, et Basileae cum aliis in Ciceronem Commentariis apud Robertum Winter, et apud Oporinum 1553.

16. Dia-

gg) Videndum, diversane sit Prisciani epitome, quam Trapezuntio scriptam memorat Labbeus p. 45. bibl. nouae MSS. Fabr. Prisciani esse epitomen, adfirmant quoque Zenus in Diss. Voss. II. p. 17. nr. 34. ac Boerner. l. c. p. 117. fq. et vterque laudat Saxii hist. typograph. Mediol. p. 118. et 115. ,, qui, vt ait Boerner., compendium Prisciani de partibus orationis, a Georgio Trapez. elaboratum, (f. Georgii Trapezuntii de partt. orat. ex Prisciano compendium,) Mediolani a. 1472. 4. iterumque 1474. editum esse testatur, et ex auctoris ad Colam Montanum epiftola, Romae 1471. scripta operique subiuncta, laborem hunc ab ipso, filii Andreae caussa, susceptum, inde vero, ob ingrauescentis aetatis molestias animique angustias intermissum, Molani demum in gratiam absolutum esse, " conf. Panzer. Ann. typ. II. p. 13. nr. 10. et p. 19. nr. 38. Trapezuntii compendium Grammaticae, bis Romae in bibl. Vatic. codd. v. Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. p. 56. B. Harl.

th) Editionibus rhetoricorum Trapezuntii nominatis ab Allatio adde primam Venetam 1478. fol. Bafileenfes 1520. 4. et 1538. Parifienfem apud Christianum Wechelum 1532. 8. Lugdunensem Seb. Gryphii 1547. 8. et Venetam 1560. 4. Fabr. Add. Georgii Trapez, rhetorica, Venet, ap. Vin-

del. Spir. (1470.) fol. et Mediolani ap. Pachel. 1483. fol. (cui posteriori edit. addita sunt eiusdeur de artificio Ciceronianae orationis pro Q. Ligario et aliorum opuscula,) v. Maittaire A T. tom. Ir p. 520. tom. IV. part. 1. p. 297. et Panzeri A. tom. III. p. 68. nr. 18. tom. IV. p. 428. nr. 18. stque tom. II. p. 71. ur. 416. — eadem Basil. apud Curionem, 1522. 4. v. Maittaire 1. c. tom. II. part. 2. p. 630. - Eadeut cum aliis veteribus rhetoricae auctoribus, latine, edente lac. Taurello Fanensi, cuius epistola initio praesigitur. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri, 1523. fol. v. Maittaire l. c. tom. V. p. 434. et Ant. Aug. Renouard Annales de l'imprimerie des Aldes, tom. I. Paris. 1803. 8. p. 167. sq. atque biblioth. Maphaei Pinellii etc. tom. III. p. 31. fq. - Conf. Zeni Diff. Voff. II. p. 17. fqq. nr. 35. qui ibid, etiam iam memorat Georgii Trapez. de suauitate dicendi ad Hieronymum Bragadenum. init.: Scripsi ad te breuioribus antea verbis, in cod. Venet. bibl. Marc. D. v. catal. codd. latin. Marc. p. 204. Harl.

ii) Commentaria Trapezuntii in XIII. Philippicas, et in orationem pro Q. Ligario, exstant etiam aliorum commentariis in Ciceronis orationes adiunca in collectione, quae prodiit Lugd. 1554. fol. Paris. 1561. etc. Fabr. De artificio

Digitized by Google

- 16. Dialecticam breuem quidem, fed absolutam, Coloniae apud Gymnicum 1530. quae postea ab erroribus repurgata, et Scholiis Ioannis Nouiomagi, 46) et Bartolomaei Latomi illustrata, edita est ibidem ap. Franc. Gryphium 1544. in 8vo. et mox Argentorati 1519. in 410.
 - 17. In Claudii Ptolemaei centum sententias Commentarium. [v. Zenum l. c. p. 14. sq.]
 - 18. De Antisciis, in quorum rationem fata sua reiicit. 11)
- 19. Cur aftrologorum indicia plerumque falluntur. Omnia simul Coloniae 1544. cum Ioannis Pontani dialogo, quatenus credendum sit astrologis, in 8vo. Posteriores duo cum Omar de Nativitatibus, Venet. anno 1525. in [P] 8vo. mm) Ex hoc labore iniquiorum inuidia Trapezuntium consequuta est. Virum enim litteris etiam datis insectati sunt, vt ex eius epistola, quisquis ille suerit, nam nec de nomine quidem illum compellare voluit, adhuc inedita nm) conspicere possumus. Ανώνυμος Γεωργίω τῷ Τραπεζουντίω. ἀνέγνων τους συντεθέντας σοι εἰς Πτολεμαϊον, καὶ τὸ ἔκείνου βιβλίον καρποὶ εὐλόγως ονομαζόμενον ὑπομνηματισμές. καὶ ἐθαύμασά σου οὐχ ὅπως τὴν τόλμην, καλὰ καὶ τὴν ἀμαθίαν τί γάρ σοι μαθημάτων, καὶ σόθίας μέτεςιν, ἢ πότε σὐ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθῶς διἡκουσας, ἢ προσεξεύρες αὐτὸς, ὡς ἐσ ε εἰκότως θαβρείν, δεῖν ἀπτεσθαι τῶν τοιούτων ; τέρας τῷ ὄντι ἡγοῦμαι, ὅτι σοι μηδὲν εἰδότι τὸ συνειδὸς ὑποβαίλει πάντα ἐπίςασθαι. πρότερον μὲν γὰρ ἐκ ῷμην τοιαῦτα τὸν τύΦον τε, καὶ τὴν ὄνησιν ἀλαζονεύεσθαι δύνασθαι. τὸ γὰρ σκευά-

orat. Cic. pro Q. Ligario v. ad not. antec, et Zenus 1 c. p. 24. memorat quoque edit. cum Q. Asconii Pediani aliorumque commentariis ad Cic. oratt. vetustam fine notis anni, loci et typothetae in fol. et aliam, cum Asconio, Florent. per Philipp. Iuntam, 1519. 8. - Venet. in bibl. Michaelis prope Murianum custoditur Trapez. de artificio orat. Cic. pro Ligario, cum Asconio Pediano, Lusco et Siccone (Xichone aut Xicone) Posentono, curante Hieronymo Squarzafico, a. 1477. fol. v. Adpend. ad eamdein bibl. codd. MSSt. col. 457. sq. inprimis Panzeri A. tom. III. p. 125. sq. nr. 281. ex quo discimus, Venet. per Iohann. de Colonia et Io. Manthem de Gerretzem id opus esse typis expressum. -- item s. l. et anno circa a. 1490. fol. v. Panzeri A. tom. IV. p. 89. nr. 123. - Commentarius in Philippicas Ciceronis editus est sine l. et a. fol. (Venetiis, per Nicol. Ienson,) et Venetiis, sine anno, in 4. v. Panzeri A. T. tom. III. p. 486. nr. 2726. et p. 499. pr. 2827. Harl.

kk) Cum Nouiomagi scholiis prodierat Paris. 1557. Fabr. MS. Venet. in bibl. Marc. cod. CCCXI. y. cat. codd. Marc. latin. pag. 135. — Edit. Argentor. ap. Schurer. 1513. 4. — Paris.

ap. Sim. Colin. 1528. 1532. 1534. et 1544. 8. — cum scholiis Io. Neomagi. Paris. 1535. 8. ap. Franc. Gryphium. v. Maittaire A. T. tom. II. p. 247. tom. III. p. 769. p. 807. tom. III. p. 364. et tom. II. p. 828. et in ind. p. 435. — Basil. ap. Valentin. Curion. 1522. 8. v. Panzer. A. T. vol. VI. p. 235. nr. 457. — Ge. Trapez. compendium dialetticae ex Aristotele, sine vlla nota, saec. XV. 4. de qua rarissima ed. v. cl. Morell. in bibl. Pinellii, tom. I. p. 268. sq. nr. 1556, et Panzer. A. T. vol. IV. p. 203. nr. 1255. — Zenus in Dist. Vost. II. p. 24. nr. 42. memorat praeterea ed. Horat. Toscanell. Venet. ap. Io. Barilett. 1567. 4. Harl.

11) Romae in codd. Vatican v. Montfauc. Bibl. biblioth. MSSt. p. 38. C. 88. D. Harl.

mm) Zenus l. c. p. 26. nr. 59. exstare etiam, scribit, illud opuscul. in Geruas. Marstalleri artis dininatricis, quam astrologiam seu iudiciariam vocant. Paris. exc. Christi. Wethel. 1549. 4. cap. 148. Harl.

nn) MS. Parif. in bibl. publ. cod. DCCCXVII. nr. 17. et Mofquaz in bibl. fynod. cod. CCLXXIX. v. Matthaei Not. codd. gr. Mofq. p. 181. nr. 27. Harl.

onevalerday en und 'Heandy', rus unde nata Decritor avarilerday dura perus, πολε ος ω μεν καθ ήμες αν, γράθαν δε τα περί ων ήττον αισθάνεται τις, ή λύρας ονος, μόνο. μόνο εν το δοκών μη όντα καλύα γρά Φαν, ίνα μή τις εν οίς επιδεκνυται έφυτον έν τούτοις έκπίπτων συρίττηται. έξέται γαρ όσημέραι, και τοις μετέπειτα δοκιμάζων τα μηδενος άξια. ότι δέ σοι το βιβλίον χαὶ αμαθίας εςί μεςον, χαὶ αμβλύν σε είσαι κηρύττει, πάσιν έται δήλον ταχύ, ε μή τις αυτό κατακαύσειε. Δια ταυτα έμοι χρησά μενος συμβέλω σὺ πεῶτος αὐτὸς τῷ ἩΦαίςω παρακατάθε. ἐνδοξότερον γάρ σοι τὸ σιγασθώ σου την σοφίων, η το κηρύττεσθω την ώμαθίων. Incertus Georgio Trapezuntio. Tua in Ptolemacum, et eius librum, fructum non absque ratione nuncupatum, commentaria perlegi: et non audaciam tantum, sed institiam quoque admiratus fum. Quid enim tibi, aut disciplinarum, aut sapientiae inest, vel quando tu ex illis recte aliquid audisti, vel ipse adinuenifti, pt iure tantum audeas, manumque illis admoueas? Monfirum sans existimo, quum tamen ipse nihil stias, opinione, omnium stientiam tibi arrogare. Et prius quidem haud opinabar superbiam, atque existimationem similia diuendere, ialtareque posse. Et plane multos verbis instrui, atque Herculem, qui nec in certamen, quemadmodum Thersites, descendere possunt, quotidis conspicimus, at ea, quas aeque atque afini lyram persentiscit, scribere nullum. Nullus enim ea, quae non sunt scribere impeditur, ne in quibus semetipsum oftentat quis, ad ea non collimans exfibiletur. Licebit namque quotidie et his, qui futuri funt, res nullius diguationis experiri. Porro librum, inscitiae plenum, te quoque obtusum esse indicare non multo roll omnibus innoteset, ni quis illum prius comburet. Propterea meo consilio viens tu primus illum Vulcano committe. Gloriosius quippe tibi accidet, si sapientia tua taceatur, quam si ignavia, inscitiaque depraedicetur. Ad haec Trapezuntius pulcre, acriterque [P] rescripsit: Γρώργιος το ανωνύμου ανέγνων σου την Φθόνου πλήθουσαν έπισολήν, και έλεησα σε το πάθους. ἀμαθείε γας και τολμητας ήμας ἀποφαίνη, ὅτι τὰ Πτολεμαίου συνεπτυγμένως είρημένα κατά σπουδής και γυμνασίας. προσθήσω δε και της πολών ώΦελοίας χάριν ανεπτύξαμεν. Εἰ δ' εδενος ἐν τοῖς τοιετοις ποτὲ διηκέσαμεν, ἔτε προσεξεύρομεν αὐτοί, άλλ άρκε νυν πολλες ήμων και σοφες ακέων, και τα γεγραμμένα ήμιν διέρχεσθαι, και τόσα ημών προσεξευρησθαμ, όσα εν τῷ βιβλίω γεγράφαται, προς α σύ μοι δοκας, ώς όνος έχων προς λύρων. πως γαρ; ος γε τω Ηφαίς ω συνισών συμβελεύας, α πολλοί πολώ σε σοθώτεροι θαυμάζεσί τε, και εκθακίζεσιν. άλλα και συρίττεσθαι ήμας τω εκπίπταν της αληθώας Φαντάζη, και αμβλώς υβείζων αποκαλώς. απες ε αληθή ένομιζες, έκ άς βγραθας, έθεράπευε γάς αν σε τον Φθόνον ή νομιζομένη περί τέτων αλήθεια. νῦν δὲ αποπνιγόμενος τῷ πάθα, καὶ ἐχ οἶός τε ἀν, τῶν ὑπὲς τῶν συγγραΦέντων ἡμῖν ἀδόμενα Oceen, ονε δίκην λακτίζας, και απορέηγνοσαι. αλλ. · Βελήσαιας συμβέλοις ήμιν χρήσασθαι, τῷ Φθόνω πολλά χαίρεν είπων, χοὴ τὸ κακῶς λέγειν ἀΦείς, εἶ πράξεις. χοὴ έση ένδο ξότερος διά το σιγάν, η σοφώτερος διά το ληρών, και την λύσσαν, ή προς πάντας war's necesonesvos Oten. Georgius incerto. Litteras tuas innidentiae plenas percurri, et conditionem tuam miseratus sum: ignauos quippe nos et audaces iudicas, quod perplexa Ptolemaei dilla ftudio, exercitatione, multorumque commodo, quid enim vetat hos addere? exposuimus. Quod fi in fimilibus vel praeceptorem non habuimus, neque nos inuenimus ipfi, satis tamen id erit, multos, eosque sapientes, audire nos, et scripta nostra percurrere, eaque a nobis adinventa fuisse, quae in libro tradidimus. Ad ea tu acque atque afinus ad lyram te habes.

Quidni? quum ea Vulcano committere consulas, quae multi longe te sapientiores admirantur, et quasi oracula venerantur: quin et exsibilari nos, quod a veritate aberremus, imaginaris: nec fine ludibrio segnes nos compellas ; quae si vera existimasses, numquam dedisse titteras : sed tuam inuidiam de illis existimata veritas mederetur. Nunc vero affectu enectus, nec ferre valens, quae pro scriptionibus nestris decantantur, atque circumseruntur, instar asmi calcitras et disrumperis. Verumtamen fi nobis confiliariis vti volueris, inuidiae valedicens et maledicen. tiam ablegans bene valebis, erisque taciturnitate gloriofior, quam garrulitate, ac rabie, qua in omnes ueluti insanus inueheris, sapientior. De versione Ptolemaei, et Commentariis in eumdem Trapezuntii scriptionum non aequus aestimator Nicolaus Perottua, 60) archiepiscopus Sipontinus, haec habet: [P] In commentariis, quos in magnam compositionem Ptolemasi furto a Theone subtractos edidit, tum etiam in margine problematum Aristotelis, quae a graeca lingua in latinam peruertit. Et, mentitur, se Ptolemaeum, quem iam din non Latinum sed barbarum, et multis in locis mendatem fecerat, nondum edidisse, ideoque tam egregium opus ad eum misfurum, et nomini eius se dedicaturum pollicetur una cum Commentariis, quibus sese id opus exposuisse gloriatur, in quibus nihil est alicuius duntaxat momenti, quod non sit a Theone Ptolemaei expositore subtractum. Sed verba ineptissima ponemus; Ptolemaeus iampridem in latinam a nobis traductus linguam oft, sed non adhuc editus. Et quonium ad hunc vsque diem non intellectum Almagestum comperimus, Commentariis ipsum nostris exposamus.

20. Comparationem Platonis et Aristotelis, qua Aristotelem ??) Platone longo internallo superiorem esse contendit, Venetiis 1523, per lac. Pensium de Leuco, in 8vo. Sed quum in Platonem connuitiis ac maledicentia libri essent referti, voi eos Bessarion perlegit, hominis temeritate permotus, et hominis mentem exsecratus, tacito Trapezuntii nomine in Calumniatorem Platonis libris IV. respondit, ?) quibus primum sapientiam Platonis atque doctrinam, mox scriptorum eius cum nostris ??) similitudinem, tum probitatem morum vitamque integerrimam exponit: et, vt inscitiam hominis magis ac magis propalaret, quintum addidit, in quo Trapezuntii in interpretatione Legum Platonis semel atque iterum ab eodem edita, errores ac lapsus collegit, resutatit et emendanit, adeo vt plane ostenderit, non potuisse eum de teli philosopho indicium serre, quem minime intellexit: et vt adcuratior

60) Bessarionis, patroni sui, odio in Trapezuntium obsequent.

pp) Dicitur Trapezuntius Aristotelem Platoni praetulisse in gratiam Fauli II. Platonicos academiae Romanae segre ferentis. Vide Diarium Venetum tom. XVI. p. 442. et 420. seq. Fabr. s. Zeni Dist. Voss. II. p. 21. sqq. vbi multus est de hac controuersia eiusque ortu caussagte. — Trapez. in Platonem, in cod. bibl. Escorial. v. Pluer itinerar. per Hispan. p. 170. et cons. Lambet. VII. p. 269. not. 3. Harl.

qq) Proditt opus Bessarionis Venet. 1516. folve iam notaui sapra p. 722. ed. vet. ed. nou. p. 71. De eiusdem cardinalis epistola, graece scripța, ad Theodorum Gazam de Trapezuntii libro pro Aristotele contra Platonem, meminit Lambecius lib. VIII. 163. seq. Fabr. At Lambec. in hoc vol. VIII. p. 1057. seq. recenset cod. LXI. in quo nr. 6. vti in cod. LXII. est Bessarionis epistola exhortatoria ad omnes Graecos de praestanda obedientia rom. ecclesiae etc. Contra in vol. VII. p. 347. seq. ed. Kollar. nr. 5. cod. XC. recenset Bessarionis ad Theodor. Gazam de Georgii Trapez. libro pro Aristotele contra Platonem epistolam, vbi quoque adfert epitaphium in Trapez. et Kollar. ablegat lectores ad Analecta Vindobonensia tom. I. p. 1198. seq. et sp. 1206. Hari.

rr) Sacris.

tior atque absolutior tractatio haberi posset, disputationem suam de natura et arte, multis antea annis scriptam in enmdem Trapezuntium, quum ad verumque philosophum quaestio illa pertineret, adiunxit,

- 21. Anno 1465. e Creta Constantinopolim nauigans Andreas Chii martyrium, quod eodem ferme anno ") in protestationem fidei christianae ille subierat, a Byzantinis narrautibus audit, idque postea Romae [P] post duos annos promissionis debitum persoluens latine conscripsit. Habes apud Surium tom. 3. 29. Maii. ") De side huius historiae vid. Patrus Canissus de b. Virgine lib. 5. cap. 29.
- veniem cap. 21. ad Sixtum IV. pontificem, "") quo constur adferere, Ioannem euangelistam nondum esse mortuum. Legitur inter orthodoxographa Basiseae impressa, et tom. 6. Bibliothecae Patrum Parisiis 1576. et alibi. In eam sententiam peculiari opusculo Bessarion cardinalia inuectus est. At bonus vir., addit Posseuinus, aliud diceret, si modo esset superstes. Nos item syntagmate nostro, ") de sine, et vitae exitu Ioannis euangelistas, viramque sententiam examinamus, et quaenam earum verior sit, inquirimus. [conf. Zenum l. c. p. 26. nr. 56.]
- 23. Quae sequuntur, an edita sint, quaerent alii. Oratio in funere wwo) Michaelis Veneti ad Turcarum imperatorem.
 - 24. Isagoge, et Commentaria "") in magnam compositionem Ptolemaei.
 - 25. Orationes. [conf. Hodium l. c. p. 119.]
 - 26. Epistolae, ")

27. Ex-

- 25) 29. Mais a, 1465. [add. Zenum l. c. p. 24. nr. 43.]
- tt) Exstat etiam in actis sauctor, tom. VII. Maii p. 185.
- and Robertum Winter. Et in Orthodoxographorum viraque editione habetur hoc opusculum a, 1555, et 1569.
 - vv) Hoc syntagma Allatii non vidit lucem.
- ww) Fantini Michaelis, patricii Veneti, [mortui 1434. m. Nou.] Vidé Diarium Venetum tom. XVI. p. 444. Fabr. f. Zenum l. c. p. 24. nr. 46. MS. lat. in cod. Taurin. DCI. fol. 179. v. cat. codd. lat. Taur. p. 161. Harl.
- xx) Hace funt, quae ex Théone sublecta Perottus supra ur. 19. arguebat.

yy) Oraciones et epistolae in cod. apud Montfauc. in Bibl. biblioth. MSSt. p. 107. C. - Epistola, qua mordentem remordet, Paris. in bibl. publ. cod. DCCCXVII. nr. 18. - Ibidem in cod. MMDLXI. nr. 6. exstant Ge. Trapez. epistolae ad Nicolaum duae, vbi de rebus ad theologiam pertinentibus. — Mansus ad Fabricii bibl. mediae et infimae latinit. tom. III. p. 36. sq. (vbi agitur de Georgio Trapezuntio,) addit, epistolas cius septem in collectione Francisci Barbari satis ampla, quam e MSS, codd, fere ex integro erutam dedit cardinalis Angelus Maria Quirinus, Brixiae 1743. 4. (v. Mansium ibid. tom. I. p. 171. fq.) isque tom. III. p. 36. praeterea, "in epistola, inquit, eiusdem collectionis CIV. Sermonem habet epistolae, seu potius, vt ipse adpellat, orationis de fortusis suis ad Nicol. pontificem

- 27. Exhortatio de recuperanda terra sansta.
- 28. Contra Theodorum Gazam. [conf. Zenum l. c. p. 20. sq. et Boerner. l. c. de Gaza, aliisque Trapezuntii aduersariis, inprimis Hodium l. c. p. 119. sqq. qui eius quoque praecones, aut qui mitius de ilso iudicarunt, producit. Harl.]
 - 29. Ad Leonellum Eftensem,22) et responsio in inuestiuam Guarini.
 - [P] 30. Dialogus de Fide. 1)

Addit Gesnerus, 31. De diuina substantia secundum Aristotelis dostrinam.

- 32. De veritate fidei christianae.
- 33. Epistolas in Psalmum 44. quarum quaedam exstant Venetiis ad S. Antonium. Quae quamuis latina habeantur, nullus tamen dubito, potissimam eorum partem graece etiam ab eodem suisse conscriptam, vt infra, dum eius tractatus graecos enumerabimus, abunde patebit. Eo namque aeuo celebres in vtraque litteratura viri, et in vtriusque eloquentiae facultate eximii, vt vtriusque primis nationibus satissacerent, gloriamque sibi ex vtraque lingua veram captarent, ac solidam, quod graece prius scripserant, latine postmodum enunciabant, vicissimque graece, quod latine. Dictum comprobant Trapezuntius, Bessario Cardinalis, Theodorus Gaza, Argyropulus, et alii.
- 34. Carmina etiam latina non infeliciter composuisse habeo ex Gyraldi dialogo 1. de poetis sui temporis. Dossi plerique, Georgium meuns, satentur, versus composuisse, quod vel

scriptae. Insuper Malatestarum bibliotheca Caesenae seruat codicem MS, homiliarum S. Chrysostomi in Matthaeum ex versione Aniani, continuata a Trapezuntio; simulque habet epistolas
MSS. eiusdem Georgii ad Franciscum Barbarum,
datam ex vrbe 5. Cal. Mart. a. 1450. quam epistolam in collectione epistolarum Barbari nequaquam legas." De epistola, ab Hodio publicata,
v. supra, not. ad nr. 3. et de epist. ad Nicolaum
ibid. et Hodium l. c. p. 119. Epistolam latinam
ad Eugenium, pontis. max. ex cod. bibl. MSS.
monasterii S. Michaelis Venetiar. prope Murianum in lucem edidit Mittarellus, in bibl. illius
monasterii col. 1143. sqq. add. Boerner. l. c. p.
106. not. **, et Zenum l. c. p. 25. nr. 48. Harl.

zz) Haec ad Leonellum epistola cum responfione ad Guarinum MSta exstat Venetiis apud Apostolum Zenum, vide Diarium Venetum tom. XVI. p. 439. seq. [f. Dissert. Voss. II. p. 20.] vbi etiam [in Diss. cit, p. 19. nr. 37.] de Guarini

inuestiua in Trapezuntium, quam scripsit sub nomine Andreae Agasonis. Fabr. In cod. lat. Taurin. DCI. fol. 38. Ge. Trapez. litterae ad Leonellum Estensem, in quibus de Guarini in se maledictis conqueritur; et sol. 40. eiusd. rhetoricorum suorum apologia aduersus Guarinum, Veronens. v. cat. codd, lat. Taur. p. 160. Harl.

a) Hodius I. c. p. 119. "orationes, ait, quas commemorat Trithemius, et dialogus de Fide, vtrum ea graece an latine conscripta sint, non satis liquet. Dialogum autem de Fide, verisimile est, eumdem esse cum adsertione Fidei christianae contra Turcas." Zenus I. c. p. 25. sq. nr. 52. et 53. animaduertit, a Commeno Papadopol, de Gymnasio Patauino, tom. II. p. 181. Gesnero duce, citare Georg. Trapez. de Fide et substantia dei, secundum Aristotelis dostrinam, atque opusc. de virtute Fidei christianae. Add. paullo post, nr. 42. et Zenum I. c. p. 16. nr. 27. Harl.

L

vel palam cognoscere potestis ex iis, quae de Orpheo, Musaeo, Lino, et aliis pluribus graecis poetis in latinum convertit apud Eusebium Pamphili.

- 35. Ex iis vero, quae graece composuit, epistola ad Ionnem Palaeologum, Romanorum imperatorem, qua eum cohortatur, vt in Italiam ad synodum!) nauiget, concilium Basiliense, quum ab auctoritate romani pontificis desciuerit, paruipendat, nec ad illud aniquum aduertat, edita est!) graece, et latine cum Simocata, et Phranza a Iacobo Pontano Ingolstadii apud Adamum Sartorium 1640. in 4to. Habetur ms. in bibliotheca regis Gallorum, Bauarica, Augustana, Vaticana; eratque apud Antonium Augustinum sub hoc titulo, Georgii Trapezuntii desensio missa ad imperatorem romanum Ioannem Palaeologum. De nauigatione eius in Italiam. cod. CLX. Ex dictis tamen error maniseste deprehenditur. Et sorte non aliud est, quod in Augustana conservatur. Index manuscriptus Georgii Trapezuntii autographum, vt videtur, de Manuele rege.
- 36. Graeca vero inedita sunt, eisayωyn eis την μεγάλην τε Πτολεμαίου σύνταξιν. Introductio in magnam Ptolemaei constructionem, in biblioth. Augustana, et Scoriaci catholica. Allat. De cod. Escorial. v. Plüer. itinerar. per Hispan. p. 170. Indice Gottlob. Kranz in Memorabil. bibl. publ. Elisabethanae Wratislau. s. Rehdigerianae, p. 85. sunt in illa bibl. MSS. Ptolemaei Almagestum et quadripartitae constructionis opus, atque Georgii Trapez. in Ptolemaeum notae et Theoricam planetarum. — Add. supra ad nr. 8. et Zenum l. c. p. 13. Harl.
- epistola. Mediolani in bibliotheca Ambrosiana. Eam latine interpretatus est Bessario, cardinalis lib. 4.) aduersus calumniatorem Platonis, contra quam et scripsit. P. ητήσω, ω Φλε Ησωίω, γρώψω, σοι ως οδόν τε διω βραχέων. Sed quum nomen auctoris in nonnullis codicibus confundatur, multi namque libelli illius, Naturam alicuius gratia omnia agere, parentem Theodorum Gazam, multi Bessarionem faciunt, vnde error irrepserit, ex eodem Bessarione lib. 6. cap. 3. addiscamus. Quum enim Bessario in hoc argumentum breuiter quaedam ad Theodorum perscripsisset, Georgius Trapezuntius illis persectis, vt odium, quod in Bessarionem, ab eo tempore, quo ei Théodorum in doctrina praeposuerat, conceperat, aliquando pareret, aduersus ea scripsit. Sed vt honestius Bessarionem impeteret, finxit se ignorare, quisnam eius libelli auctor esset, et Theodori, non Bessarionis disputationem
- b) Florentinam a. 1348. post Basileense habitum a. 1431. [vel potius ad concil. Ferrariense, iudice *Hodio*, l. c., p. 118.]
 - 6) Graece exstat ibi p. 317. latine p. 325.
- d) Paris. in bibl. publ. codd. MCCCXVI. nr. 5. cor. quem et MMCMLXV. De cod. Bauar. (qui numeratur XXVII, et inc. ούχ ὅτι σι κατά·) v. cl. Hardt in Aretini Beyträgen etc. 2. 1803. part. 4. p. 16. 119. Harl.
- fq. Venetiis in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 309. Add. supra, vol. VIII. pag. 76. sq. et Zenum l. c. pag. 15. ur. 21. idemque ur. 22. suspicatur, ab illa epistola haud diuersum esse Protrepticum ad Io. imperat. Graecor. quem Labbeus p. 85. exstare scripsit in cod. Paris. reg. MCCXXXXIII. Hari.
 - e) Libr. VI. ed. Ald. teste Boernero I. c. pag. 119. Harl.

tionem illam esse, seque Theodoro contradicere simulauit. Ostendit praeterea, scribit Bes-sario, Athanasium suisse, qui haec scripta ei tradiderat, quum tamen Esaias, non Athanasius suisset. Solus enim Esaica scripta a nobis habuerat. Hie tamen, quasi nostra interesset, a quo ea accepisset, epistolam ad nos scripsit, qua oblatum sibi ab Athanasio suisse opusculum signisticauit. Plures ergo de eodem argumento Trapezuntius epistolas dederat, quibus Besserion, et Gaza respondit. Allat. MS, Mosquae in bibl. synod. cod. CCLXXIX. v. Matthaei Not. codd. gr. Mosq. p. 181. nr. 27. Cons. Zenum l. c. p. 16. nr. 30. qui etiam laudat Saxii hist. typogr. Mediol. col. CLVII. Harl.

- 38. Erat in bibliotheca Lolliana eiusdem arrigontinos, de eademne, an alia materia, mihi non liquet.
- 39. Vidi praeteres eiusdem tractatum περί Ελεημοσύνης, de Eleëmosyna. P. των εὖ ἐχόντων οἱ ἀκούοντες διδασκαλιών.
- 40. Προς Ἰωάννην τον Κουβωπλίσιον κατά Γραικών. Ad Ioannem Cuboclifium contra Graecos. De processione Spiritus sansti. 1) P. ὅκνουν μεν πρότερον προς σε γράθων. Seruatur Scoriaci in bibliotheca regis catholica, et Vaticana, et Ambrosiana Mediolani, et apud Alexandrum Cherubinum elegantissimo charactere. 2) Hinc noto, alium esse hunc Ioannem Cubuclesium, quem Trapezuntius adloquitur a Ioanne Cubuclesio pariter cognomento Caminiate, qui sub Leone sapiente imperatore de obsidione, et excidio Thessalonicensi anno ab orbe condito 6410. a Christo Seruatore 902. non ineleganter scribebat.
- [P] 41. Ἐπιτολή πρὸς τους ἐν Κρήτη ἱερομονάχους, κωὶ ἱερέως περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τε άγιου Πνεύματος, κωὶ περὶ τῆς μιᾶς άγιας, κωὶ καθολικῆς ἐκκλησίας. Epifola ad monachos Cretenfes, et ſacerdotes de processione Spiritus ſanti et de una ſantia, et catholica ecclesia. P. Σίμων ἱερομόναχος τῆς τῶν κηρύκων. Legitur manuscripta in bibliotheca Vaticana, Altempsiana et Bauarica cod. CXV. Allat. Codex Bauar. hodie numeratur XXVII. v. Hardt. in Arctini Beyträgen etc. a. 1803. nr. 4. p. 16. Paris. in bibl. publ. cod. MCCCXVI. nr. 4. Venet. in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 309. Harl.
- 42. Περί της αληθέας της των Χριτιανών πίσεως. De veritate fidei christianae. ')
 Erat in Lolliana.

L 2 [43. De

f) Edidit gracce et latine Allatins tom. L. Gracciae orthodoxae p. 460-536.

g) In bibl. Escorial. v. Plüer. l. c. p. 170. contra Graecos de processone Spiritus S. in codd. bibl. Vatic. et al. v. Montsauc. Bibl. bibliothecar. MSS. p. 33. E. 64. C. et 497. C. — Paris. in bibl. publ. cod. MCCXCIX. Conf. supra, vol. XI. p. 397. et Zenum l. c. p. 15. sq. nr. 25. et 26. de hac et seq. epistola. Harl.

k) Etiam hanc vulgauit Allatius graece et la-

tine ibid. p. 557-582. Ex ea locum duxerat p. 774. de consensu lib. 2. c. 15. S. 11. et de Simeonibus p. 202.

i) Ad Amramum. [conf. Zenum l. c. p. 16. nr. 17.] Hoc scriptum tomo octauo συμμέπτων publicare voluit Allatius, ni fato impeditus suisfet. Orationem Trapezuntii de pace Christianorum citat Nic. Commenus p. 361. praenot. mystagog. Grammatica graeca MS. memoratur a Labbeo p. 105. bibl. nouae MSS.

- [43. De Manuele rege, auroyea Por, vt videtur, in cod. bibl. August. Vindel. v. Reiser. indic. MSSt. bibl. August. p. 91. quod opusc. idem esse cum epistola, praes. ad Io. Palaeologum, suspicatur Allatius. Harl.]
- [44. Trapezuntii methodus et ratio, ad quam reperiri possint anni totius festar, quae celebrantur in ecclesia Graecorum, graece, quod op. editum esse Iassii in principatu Valachiae, 1701. 4. et esse Paris. in cat. bibl. regiae part. 1. Paris. 1739. fol. inter Liturgicos orient. D. nr. 108. p. 212. observat Zenus l. c. p. 15. nr. 24. Harl.]
- [45. Illustri viro, Iacobo Antonio Marcello, patritio Veneto, de obitu Valerii, filii, scr. 1461. in cod. biblioth. Marcelli, teste Zeno, l. c. p. 25. nr. 50. Harl.]
- [46. Diodori Siculi librorum quorumdam interpretatio, in bibl. Patif. cod. MMMMMDCCXII, inter MSS. latin. teste Boernero I. c. p. 120. Harl.]

In Georgium Trapezuntium, qui Turcas omnibus imperatoribus praessantiores esse voluit, 1) scripsit Nicolaus Iunius de Athenodo episcopus Celegertanus, et in castro sancti Angeli de vrbe praesectus. [Tum Allatius variorum iudicia, Nicolai Perotti, Angeli Politiani, in Miscell. cap. 90. et Vossii in institutt. orator. libr. IV. cap. 3. et libr. III. de histor. Iat. cap. 8. valde diuersa, de Georgii Trapez. ingenio, doctrina scribendique ratione retulitate h. l. nolui repetere, quum Hodius l. c. p. 82. sq. et p. 120. sq. multo plura adduxisset. Add. Boerner. l. c. p. 114. sq. ac p. 134. sq. et Zenum l. c. p. 17. sq. atque p. 21. sq. At sat prata biberunt, et riuos claudamus. Harl.]

- [P] LI. GEORGII CAMARIOTAE, niss nomen fallit, et pro Matthaeo, cuius pleraque ad hunc diem manuscripta in bibliothecis latent, irrepserit, Encomium inters hierarchas, Basilium, Georgium, et Chrysostomum, in bibliotheca gallica Fontis Belli adservari refert Possevinus, et meminit Robertus Constantinus in bibliotheca. Ego vidi Matthaei in eosdem laudationem, illo principio, επες αλλό τι τοις τὰ λόγε Βεραπευταίς, ποι λόγοις εγκωμίων προσηκον. An eadem cum ea, quae Georgii adseritur, vel diuersa, non video. Allat. Qui postea, admonitus a Puteanis fratribus, cognouit, in codd. regg. Paris. nomen Matthaei, non Georgii Camariotae positum esse: ideo expungendum duxit e Georgiorum albo Georgium issum Camariotam, et infra p. 398. sq. (ad marginem ed. vet. notata,) de Camariotae aetate quaedam observat. Plura de hac re et de Matthaeo Camariotae adnotaui supra ad vol. VI. p. 118. sqq. S. XIX. Hars.
- LII. De GEORGIO BALSAMONE Gyraldus de poëtis sui temporis Dialogo 2. Fuit et Georgius Balfamo et ipse Graecus, qui diutius inter sumiliares amplissimi cardinalis Saluiati. voque ad interitum vixit, cuius et carmina et soluta oratione quaedam legi possunt.

LIII.

1) Saluiatus hic obiit Rauennae a. 1335.



⁸⁾ Scripferat hoc Trapezuntius oratione in fu1) Sa.
nere Michaelis Veneti memorata supra nr. 23.

- [F] LIII. GEORGIVS MARMORIVS in Esaiam prophetam ex compluribus patribus satis amplam Catenam concinnauit; illius fragmentum adservatur in bibliotheca Ambrosiana Mediolani ab illis verbis: γὰρ καὴ Ἡλίαν μεθ ἔσας ἀναχωρήσεις, καὶ καμάσεις. Quis iste fuerit, aut quo tempore scripserit, quaerent, quibus plus otii est. Ipse quum diligentissime perquirerem, et ad dignoscendum titulum operis, vti in Graeco est, ab humanissimo Paulo Stondrato exposcerem; ille respondit, in eo codice nullum esse titulum operi praesixum, cum pars anterior libri desideretur. Sed in folio albo aute opus cum ipso opere compaginato Italice esse adnotatum Fragmentum Catenae in Esaiam Georgii Marmori. An ergo scriptor hic Catenae vel possessor; pro meo tamen munere satis est illum recensuisse.
- LIV. GEORGIVS GALESIOTA **) composuit orationem sunebrem in Theodorum Xanthopulum. P. ἄνδρες οι τε τοις βασιλείοις ήθεσι, κω παιδεύμασιν εντεθραμμένοι. Viuebat sub Andronico Palaeologo, Gregorii Cyprii patriarchae CPolitani adprime familiaris, auditor, vt ipse in eadem oratione fatetur, Theodori Xanthopuli, quem propterea laudandum susceperat: και τινων ησθόμην εμοί χαλεπαινόντων, εἰ ἐκ πρώτης, ὁ δη λέγεται, τριχὸς τῷ οἰχομένω προσήκων, καὶ τῆ συνηθεία τε τῶν λόγων καλίσε χρήματος, ἑ δη καθηγητής ημίν ἐκείνος ὤΦθη καὶ διδάσκαλος, εἰ χρη τὰληθές εἰπείν. ἔπειτ ἀμελης γενοίμην μικρῷ γεν λόγω τὸν ἐκείνε τάΦον κοσμήσαι. Ετ, θρηνῶ μὲν οὖν ἐγὼ τὴν σοΦίαν πολλῶν ἕνεκα πάτες, κοὶ παιδευτὰ, κοὶ διδάσκαλε. Nonnullos praeterea mihi irascentes audiui, si a primo, quod aiunt, pilo defuntto coniunttus, et in re potissima ac pulcherrima, eloquentia seikcet, cuius ille nobis et dux et magister, si verum dicendum est, fuerat, familiaris meglexero pusilla ad minus oratione illis sepulchrum cohonestare. Et, Deplero itaque multis nominibus sapientiam, o pater, et informator, et magister.
- LV. GEORGIVS GEMISTVS cognomento, qui et PLETHO quod idem fonat, ") fiue Platonis amore, vt Manuel Peloponnesius [V] magnae ecclesiae rhetor in tractatu contra eumdem de processione Spiritus sancti, adserit: ἀλλὰ σύγε τέτε δήπε διδάσπαλος ῶς τῆ τε Πλάτωνος λογικευθείς ἤδη ψυχῆ, κοὴ ἀντὶ Γεμιςε Πλήθωνα έαυτον κεπληκώς. Sed tu huius rei magister, quasi iam Platonis animo infinuatus, et pro Gemisto Plethonem temetipsum compellans: siue, vt Trapezuntius in comparatione Platonis et Aristotelis agnominatum credit, quemadmodum nonnullos pristorum patrum immutatione nominum ad t. 2
- m) In bibl. caesarea habetur MS. Nicephori Esemmydae oratio de regno seu imperio, quam Paraphrasi clariore donarunt Georgius Galesiota magnae ecclesiae CPol. diaconus, et Georgius Oenaeota. Vide Lambecium VII. p. 225. [p. 480. sqq. Kollar. nr. 5. cod. CXXV.] qui notat Galesiotam dici a monasterio montis Galesii, a quo dictus etiam Iosephus Galesiota, qui ex abbate illius monasterii electus fuit patriarcha CPol. a. 1267.
- n) Vt yeausos a yeauso, sic alignificationem. Plethonis autem dicitur prae Gemisto placuisse, quod ad Platonis nomen, quem vnice amabat et admirabatur, quam proxime accederet. Fabr. Plura de hoc Ge. Gemisto, eius libris, horumque codd. atque editt. iam scripsi supra ad vol. VIII. p. 80. sqq. not. dd. nec non in Introd. in hist. L. Gr. II. part. 1. p. 479. sqq. et Supplem. II. p. 65. sq. Quae omnia h. l. repetere nolo. Harl.

res maximas vocatos fuisse docemur, eodem pacto Gemistum nomen vertisse, vt se facile de coelo lapsum crederemus, et citius doctrinam et legem eque sus susciperemus. In Peloponneso vt plurimun vixit, et versatus in Italia eo, quo concilium sub Eugenio Florentiae) celebratum est tempore, cum Bessarione, Gaza, et aliis; refert ipse in responsione ad Georgii Scholarii pro Aristotele obiectiones. Fuit patria Byzantinus temporibus Manuelis Palaeologi, et iam sabentis Graeciae occasu, tum prudentia, tum moribus ac scientia spectabilis.") Graece plura scripsit, qua proprium dogma comprobans, qua aliorum sententias resellens, quem veluti oraculum sapientissimi quique, quando praesentes ipsi adesse non poterant, consulebant. Gemistus vir, scribit Georgius Chariander, in omni scientiarum genere eminentissimus, cognomenque Plethonis accepit, quasi Platonis, eo, quod Platoni philosophorum principi maceime accederet. Et Antimachus apud Gyraldum de poëtis sui temporis Dialogo 2. Huius tanti viri quum historias in latinum sermonem ex graeco ipse converterem, de co in praesatione sic dixi: illum dico Gemistum, quem non solum Graecia, sed vniuersus [P] fere terrarum orbis ob variam atque multiplicem divinarum humanarumque rerum scientiam admiratus, eo quod Platoni philosophorum principi atque Aristoteli, Graecorum et Latinorum omnium consensu proxime accederet. Et Bessario cardinalis aduersus calumniatorem Platonis lib. 6. cap. 1. eum opinionum Platonis aemulum atque defenforem vocauit. 1) Nec dissentit Gyraldus: Plethon habitus est in primis philosophus, et quidem excellentissimus, quod cum ipsius multiplicibus et variis operibus, quae apud Graecos leguntur, tum ex testimonio Bessarionis cardinalis amplissimi, et monumentis videri potest.

Illius opera?) spud Diegum Hurtadum, caesaris apud Venetos oratorem suisse tradit Gesnerus; eaque sic enumerat: ad regem liber. De virtutibus liber vnus. Paraphrasis in demonstrationes. Epicedion in reginam, Helenam. Liber de generatione Deorum, quem vidi manuscriptum Bononiae apud S. Saluatorem. Aduersus librum pro dogmate Latinorum, nimirum quod ad Spiritum sanctum. Demonstrationes naturales de Deo. Menstum et annorum ordo ac dierum recensso. Oracula magica sectatorum Zoroastris, quae et Parisis impressa sunt graece et latine seorsum 1538. in 410. chartis duabus absque nomine graeci interpretis, qui Georgius Gemistus est. Historica et geographica quaedam huius auctoris, vt sunt Chorographia Peloponnesse et Thessaliae, idem Diegus Hurtadus habet. Libellus de iis, in quibus Aristoteli cum Platone non conuenit, et quod potior sit Platonis sententia, excusus Venetius apud Scotum in 8vo. cum Bernardini Donati Veronensis paraphrasi. Libellum contra Georgii Scholarii

o) Sub Eugenie IV. a. 1438.

p) Petrus Crinitus de honesta disciplina lib. 1. cap. 10. Erant forte cam Bessarione Nicaeno viro in philosophia excellente, Theodorus Gaza et Plethon Byzantius, qui cognomento l'imeso adpellatus, tres eo tempore, vt constat, viri do-tirina et ingenio nobiles.

9) Einsdem Bessarionis ad Nic. Saguntinum Enboeum epistolam, quae Gemisti landes continet, cel. Morell. in bibl. MS. gr. et lat. I. p. 212. fqq. ex cod. Ven. Marc. CCCXXXIII. gr. et lat. in lucem protulit. Harl.

r) Georgii Gemisti opera, sed non addunt, quae, inter codices graecos patrum Augustinianorum in coenobio S. Ioannis de Carbonario reperiste se MSta testatur Io. Mabillonius pag. 110. Itineris Italici, [sed vid. supra, ad vol. V. pag. 797. nr. 22. Harl.] et Bernhardus de Montsaucon, Diarii Italici pag. 311.

larii argumenta, arientes pro Aristotele, Bononiae apud S. Saluatorem vidi, sed imperfectum. Addunt epitomatores: in bibliotheea imper. Viennae habetur Gemisti Plethouis epitome historiarum sicularum graece manuseripta in 4. Eiusdem libellus de generatione Deorum ibiden manuseript. consuse admodum omnia, atque indistincte; [v. supra, vol. VIII. p. 80, not.] nos, si quid potuerimus, enuclatius illa expendemus. Et primum de iis, quae typis vulgata sunt, sermonem instituemus.

- I. De Gestis Graccorum post pugnam ad Mantineam duodus sibris digesta,) [vid. fupra l. c. p. 79. sq. et Introd. l. c.] Latine [P] etiam reddita a M. Antonio Antimacho [Basil. 1540. 4.] non semel, nec vno in loco, qui in praesatione ad Mattheoum Antimachum patrem ita sibi placuisse hunc auctorem resert, vt nihil magis; aitque; eum non tantum este verbis aptum, pressumque, sed etiam artissicio tanto, tanta lenitate, ac rerum copia serri, vt post Herodotum ac Thucydidem cum antiquissimis Graeciae scriptoribus non immerito comparari possit. Habebantur manuscripta in bibliothèca Ioannis Surii. Venderius. Allat. Add. Venetiis in cod. CCCCVI. bibl. Marc. de quo v. cl. Morell. l. c. p. 269. Hael.
- 2. De virtutibis libellus sub Plethonis; nomine graece editus est Antwerpiae apud Plantinum cum aliis eiusdem Opusculis 1552. i) in sol. et graece, et latine ex interpretatione Adolphi Oceonis Augustani, Basileae apud Oporinum 1552. in 8. et in doctrina rocte viuendi ac moriendi cum plerisque aliis, idem graece et latine editus est cum Hieronymi Wolphii adnotationibus, ") et Ienae cum interpretatione eiusdem Wolphii 1590. 8. Vertit etiam illum latine Vincentius Marinerius, vt ipsemet scribit epist ad Franciscum Dazam anno 1636. edita. Legitur manuscriptus apud me bis, et in bibliotheca Bauarica cod. CCXXIV. Veneta S. Marci Scam. 32. num. 22. et Augustana saepissime, et legebatur in bibliotheca Antonii Aut gustini cod. CCLV. Allat. Cod. Bauar. bibl. hodie numeratur CCLXXXIX, et in titulo auctor libelli disertis verbis nominatur Pletho; nec non in cod. CCLX. v. cl. Hardt. in Aretini Beyträgen etc. 2. 1805. part. 10. p. 381. et part. 8. p. 133. Augustae Vindel. in cod.
- 3) Titulus est: in tur Aceduca new Haracas περί των μετά την έν Μαντικάς μάχην, έν πεφαλαίοις dulantes. Post Animachum vertit etiam latine Zacharias Orthus, professor Gryphiswaldensis academiae, Rostoch. 1575. 8. Antimachi interpretatio prodiit Basileae 1540, 4. cum eius oratione de laudibus graecarum literarum, et Dionysii Halicarnassei praeceptis de oratione panegyrica, nuptiali, natalitia et epitaphiis p. 64-79. Demetrii Phalerei de membris et incisis, de periodis, de componendis epistolis, et de characteribus dicendi, p. 80. 92. et Polyaem praesatione de re militari. p. 93. 96. In praefatione narrat Antimachus se in Graeciam iter suscepisse graecarum litterarum discendarum causa et sub disciplina Moschi Lacedaemonii moratum quin-

quennium. Promittit et versionem Demetrii regli se paridat. Dabimus, inquit, etiam breui fortasse Phalereum, austorem plane in dicendo, Ciceronis sententia, politissimum, de interpretatione seu eloquatione integrum latine legendum. De Hispanica versione horum Gemisti librorum infra, p. 740.

t) Puto Allatium scripsisse 1575. et numerum 1552. a typographo ex errore, quoniam idem statim iterum sequitur. Certe a. 1575. hic Plethonis libellus ex bibl. Ioannis Sambuci graece apud Plantinum in fol. prodiit vna cum duabus eius orationibus viraque lingua excussa ad calcem eclogarum Stobaci.

u) Basil. 1577. 3. [v. supra ad vol. XI. p. 401. not. l. Harl.]

in fine mutilò. v. Reiser. indic. MSSt. bibl. August. p. 82. nr. 19. it. p. 90. — Venet. in bibl. Marc. cod. DXIX. sunt plura Plethonis opp. n. de virtutibus; — de fato, inc. Nótegæ de descap — funebris in Helenam Palaeologinam; — sine titulo; init. A mès se tis Bibl. — in oracula magica Zoroastris; — de rebus Peloponnessacis constituendis. V. cat. codd. gr. Marc. p. 279. — Matriti in cod. reg. CIX. v. Iriart. cat. codd. gr. Matrit. p. 429. — Paris. in bibl. publ. codicibus septem. CDLXII. — CMLXII. — MDCCXXXIX. — MDCCLXXIII. — MMV. et seq. MMCCCLXXVI. et MMCMXXXIII. v. cat. MSSt. regg. vol. II. — Mosquae in cod. synod. CCCXI. v. Matthaei notit. codd. gr. Mosquens. p. 204. nr. 42. — Florent. in bibl. Medic. Laurent. codd. XVII. nr. 3. plut. 56. — XXXIII. nr. 12. plut. 57. — XXXIII. nr. 6. plut. 58. — XIII. nr. 12. plut. 74. et XXIV. nr. 4. plut. 80. Vid. Bandini cat. codd. gr. Laur. tom. II. p. 317. 387. et 481. ac tom. III. p. 204. et 214. — Vindobon. in codd. caesar. LXVI. nr. 4. — LXXVIII. nr. 5. et XCII. nr. 1. v. Lambes. VII. p. 231. 295. et 372. sq. Codd. multos varior. opusc. Gemisti Plethonis in variis biblioth. obusos; indicat Montfauc. in Bibl. biblioth. MSS. in indic. quem conferes. De edit. Basil. 1552. 8. v. Maittaire A. T. tom. III. part. 2. p. 611. Harl.

- [] 3. Orationes duae, quarum altera est, de rebus Peloponnesiacis constituendis ad Manuelem") imperatorem, altera ad Theodorum Despotam συμβελευτική suasoria, de codem argumento cum interpretatione latina Guilielmi Canteri, ") Antwerpiae ex officina Plantiniana 1575. in fol. Habentur manuscriptae in bibliotheca Bauarica cod. CC. et alibi. Allot. Vivaque, in cod. Bauar. manu And. Darmarii feripto, qui hodie numeratur CCLX. in quo quidem orat ad Ecomanuelem imperat. anonymum habere authorem in textu dicitur; fed el. Hardt. in Aretini Beyträgen etc. a. 1809, part. 8. p. 132, tribuit eam Ge, Gemisto, et, Andream Darmarium, scribit, in margine superiore recte notasse: osuay yeuise add. eumd. V. D. in praefat, ibid. ad primam partem a. 1803. p. 4. sq. — Florent. in cod. Laurent. XVIII. nr. 9. (quae incipit: Θεότατε αὐτοκράτως ' ο μέν προς Ιταλών, τές έν Πελοποννήσω δυνασεύοντας) et 10. plut. 56. — prior oratio, anepigrapha quidem, in cod. XXIV. nr. 6. plut. 80. et, addito auctoris nomine, in cod. XXXIII. nr. 6. plut. 57. quae diuersa est a luperiore, incip. Θεώτατε αὐτοκεάτως· τὰ μὲν καθ΄ ἔκαςα, πεεὶ ὧν ἄν σε έβελόμην μαθών, est epistola, adhuc inedita, agitque de rebus Peloponnesiacis, ac praecipue de Isthmo: Vide Bandin. cat. codd. gr. Laurent. II. p. 318. III. p. 215. et vol. II. p. 385. sq. vbi adnotat, postremam fillam, diuersam a superiore, etiam exstare in bibl. caesar. Vindob. teste Nesselio part. IV. p. 43. S. 4. Harl.
- 4. Subiungitur, *) Locorum Peloponness omnium per longitudines, et latitudines astronomicas descriptio, desumta ex Ptolemaeo, sed, quae variant, a Gemisto esse correcta, nullus
- v) Palaeologum, ad quem alia Gemisti de rebus Peloponnesiacis et praecipue de Ishmo epistola adhuc inedita exstat in bibl. caesarea teste Lambecio VII. p. 103. [p. 347. Kollar. ur. 4. cod. XC.] Incipit: Θαδτατε Αυτακράτος. Τὰ μεν μασογάκ. Ε΄ καθ' ἔκακα, κερὶ ὧν ἄν σε ἐβκλόμην μαξῶν, Ῥροξῆς. cel. Hards !
- w) Ad calcem eclogarum phys. et moralium Io. Stobaei.
 - x) Διαγραφή απάσης Πελοποννήσε, παραλίε τε ημη μεσογάε. Fabr. MS. in cod. Bauar. CCLX. v. cel. Hards l. cit. a. 1805. part. 8. p. 153. Harl.

nullus dubito, si manuscriptis habenda fides. Et elenchis hisce, et in auctores summos animaduersionibus maxime delectatum suisse Plethonem, ex iis, quae infra recensebuntur, manifestum cuique siet.

LXXVII. Distribum finium, dummodo inter tot, ac tantos Georgios vni, et foli GEORGIDIO MONACHO locum, quid enim vetat? concedamus. Opus illius sic concipitur, Γεωργιδίε μοναχοῦ γνωμῶν ἐκλογή συλλεγῶσα ἐκ τῆς Θέας γραφῆς, καὶ ἐγίων πατέρων, καὶ τῶν ἔξω διδασκάλων. Georgidii monachi seutentiarum ecloga ex sacra scriptura, sanstis patribus, externisque magistris. Georgidii cognomento suisse inde colligo, quod carumdem sententiarum in aliis codicibus, vt mihi ex Chio insula relatum est, titulus ita concipitur: Γνῶμαι συλλεγῶσαι ὑπὸ Ἰωάνευ μονάζοντος, τὰ καὶ Γεωργίδη, κατὰ τοιχεῖον-Sententiae collestae a Ioanne monacho, qui et Georgides, ordine litterarum. [v. supra ad vol. XI. p. 627. de cod. Laurent.] Non est tamen operae, vt in his diutius immoremur. Allat.

Ex Fabricii indice et Supplementis ad hanc Allatii diatribam aliorum Georgiorum suemoriam subiiciam, cum nonnullis accessionibus.

Georgii Calybae iam supra ad vol. XI. p. 627. (vbi et pagg. sqq. plures Georgii nominantur,) mentionem seci; h. l. tantum adiiciata: Georgii illius epistolis, ibi memoratis, additas esse sepistolas, ad eum scriptas a quodam Antonio, Io. Abramio, Exarcho, Ioanne Nathanaele, Nicolao et Mathusala monacho.

Georgii Hieromonachi, et ca exarchi patriarchici epistola ad Sophronium Protosyncessum, de fraude Iesuitarum epistola, Trapezunte a. 1626. data, et de martyrio Cetabae, Iberorum principistae a. 1614. a Persis, quod Christum eierare nollet, oleo elixae, exstat graece et lat. in Operibus Andreae Riusti, tom. III. p. 1251-1254. Roterd. 1660. sol. Fabr.

Georgius Ithanes, (al. Mithanes,) ad quem Theodori Studitae epissolae. Fabr. Conf. Montfaucon bibl. Coislin. p. 148. et 318. Harl.

De Georgio Mono, cognomento Dinereta v. supra S. XV. (et vol. XI. pag. 629.) et Fabric, in Supplem. addit: "In codice regio, quem eucluit Cangius, σχόλια σύν θεῷ εἰς τὴν διαίρεσιν (Hermogenis) ἀπὸ Φωνῆς τὰ κύτὰ Γεωργία τὰ Μόνα, σοΦιςὰ Αλεζαν-δρέως. In fine haec verba habéntur: Ἐπληρώθη σύν θεῷ κοὴ ἡ διαίρεσις εὐτυχῶς Ζήνων σχολαςικῷ."

Geor-

22) De consensu lib. 3. c. 17. et 18.

Georgius Munios vel Monmos, cuius scholia in Homiliam Gregorii Ra. Pascha MSS. in bibl. Coislin. apud Montfaucon p. 296. sq. Fabr.

Georgius Oenaeota, [n. ab Oeneo, vrbe circa Paphlagoniam: qui locus graece adpellatur rò Oivauor] rhetor, qui cum Georgio Galesiota orationem Nicephori Blemmidae de regno illustrauit, et in clariorem stilum transtulit. v. Lambec. VII. p. 225. Fabr. s. p. 480. sq. ed. Kollar. pr. 5. cod. CXXV. Harl.

Georgii Sanginatici, consulis Romanorum et Comitis Palatini Lateranensis, ove paseley των μελών τε ανθιώπε, de partibus corporis humani ad Nicolaum V. pontificem 10manum (circa 1450.) ex cod. regio Parisino 1510. versibus politicis. Citatur a Cangio in gloffario graeco. Fabr. Parif. in bibl. publ. fecundum catal. MSSt. regg. vol. II. exstat in cod, MMCCLXXVI. nr. 7. - In eiusd. biblioth. cod. MMCCXLII. est Georg. Sanginatii (sic) opuse. de pulsibus, hactenus ineditum. — Vindobonae in cod, caesareo LXXVIII. nr. 7. exstat Εεμηνεία τε Υπάτε πεεί των τε σώματος μερών interpretatio partium corporis humani. Lambecius in vol. VII. p. 297. suspicabatur quidem, in cod. illo caef. forsan post voc. Υπώτε subinteiligendum esse των Φιλοσόφων, ita vt intelligatur vel ipse Michaël Psek lus, vel loannes Italus, Pselli discipulus et aemulus; quod tamen tamquam incertum postea in medio reliquit. Contra Fabricius infra in vol. XII. p. 781. Hypatum hunc cum Georgio Sanginaticio eumdem esle ait. At Kollarius in nota ad Lambecii locum cit, vbi Fabricii verba adducit, "dubium tamen, inquit, ren anet, auctorne libelli hic Sanginaticius vel editor tentum fuerit? id, quod, inspecto libello, quo nos quidem caremus, facile quis diuinauerit." Supra in vol. XI. p. 572, in indice MS. cod. Eparchi nr. LIX. citatur quoque Hypati interpretatio partium corporis, quam editam esse a Stephano le Moyne tom. L. varior. facr. p. 513. Fabric. in nota ad illum indicis locum animaduertit. Illa interpretatio etc. 14peritur quoque Florent. in cod. Laurent. LXIII. nr. 47. Atque Bandin. in cat. codd. gr. Laur. tom. III. pag. 111. postquam Fabricii nostri opinionem, illum Hypatum eumdem esse cum Georgio Sanginaticio, commemorat, dein, "sed quas, ait, illi tribuit Fabric. στομασίας των μελών τε ανθεώπε ad Nicol. V. papam circa a. Chr. MCCCCL. versibus politicis, opus videntur a nostro diuersum, quum nulla in hoc metri ratio dignoscatur." - Hypeti interpret. Leidas in bibl. publ. inter codd, Vossian. v. bibl. Leidens. pag. 39%. nr. 54. Harl.

[Georgiorus numerus, si opus videretur, praeter memoratos supra in vol. XI. p. \$27. sq. et in indice et a Cauco in diss. I ad hist litter. S. S. eccl. nominatos, augeri potest. Sed paucorum memoriam tantum h. l. excitare praestabit: maiorem copiam ei, cui volupe erit, indices ad catalogos MSS. varii generis, suppeditabunt.

Georgii Sagoudini, fidet professio, Paris. in bibl. publ. cod. MCLXX nr. 3. ab eo, vt ait confector catal. MSSt. regg. vol. II. p. 227. eo consilio probabiliter scripta, vt iis sesponderes, qui eum de side parum recte sentire criminabantur.

Gior-

Georgii Triuisii s. Triuisini, Graecorum sacerdotis, versus politici ad Christum dominum, idque ordine alphabetico, Paris. in bibl. publ. cod. MMDCCCIII. nr. 2.

Georgius, cognomento é Kencuperos, cuius versus iambici in duodecim zodiaci signa sunt praesixa Porphyrii Isagogae de quinque vocibus, in cod. Paris, bibl. publ. MCMLXXIII. nr. 1.

Georgii varii codices MSS. exscripserunt: quorum nomina adposita sunt codd. Sic Florentiae in bibl. Laurent. cod. XXII. nr. 1. plut. 32. qui continet Homeri Iliada, in fine legitur αυνθ΄ έτελειώθη ή Ίλιας τε Όμήρου παρ' έμε Γεωργίε ίερέως τε 'Αλεξάνδρε' MCCCCLIX absoluta est Ilias Homeri a me, Georgio, sacerdote, Alexandri silio: v. Bandin. cat. codd. gr. Laurent. II. p. 174. — Ibid: in cod. XIV. plut. 59. legitur haec librarii subscriptio: Έτελειώθη ή παρέσα δέλτος των έρωτημάτων — — δια χειρός παπ. Γεωργία μαίσρα Νίκκολ. πρωτοωναγνώσε Σολέντας έν μηνί Απριλλίω ήμέρα δ΄ ώρα γ΄. τε ίέτας τρέχοντος απο κοσμοποιίας τλυζ'. ivd. iβ'. Absolutus est praesens liber Erotematum et declinationum (h. e. Dionysii Thracis de accentibus etc.) manu papae Georgii magistri Nicolai, primi anagnostae seu lectoris - mense Aprili d. IV. hora III. currente anno ab orbe condito 6957. (Christi 1449.) etc. v. Bandin. l. c. p. 576. (cuius etiam meminit Montfaucon in Palaeographia gr. p. 80.) — In cod. Laurent. (faec. XIV. fcripto,) II, plut, 81. in fronte primae orstionis Dionis Chrysostomi legitur nomen possessoris aut scribae, cuiusdam Georgii. v. Bandin. 1. c. III. p. 221. sq. A Montfauton. in cit. Palaeograp. permulti Georgii, variorum codicum feribae, passim commemorantur; quorum nomina exhibebit index ad illam p. 530. — Idem Montfaucon in bibl. Coislin, haud paucos excitat Georgios; qui, praeter alios, ab Allatio aut a me iam nominatos, in variis codd. occurrunt, quorum nomina breuiter repetam; p. 129. Georgius, facerdos Maemon, ex vico Athell. — p. 571. Georgius, ad quem fcripfit Chryfostomus. — p. 60, Georgii cuiusdam fragmm. in catena in parabolas Salomonis. — et p. 137. scholia in Theodoreti interpretationem Psalmorum: — p. 268. sq. Georgius notis illustrat orationem 39. Gregorii Nazianz. in sancta lumina, quae incipit πάλιν Înσους ὁ εμός. — p. 104. et 105. Georgius Proedrus Pyrchi, Georg. Protonobilissimus, Palaeologus, Georg. Protoproëdrus Bafilacae, et Georgius Cathegumenus monasterii Acatalepti fiue incomprehenfibilis feruatoris, quod est in Camari, inter eos erant, qui iussu Alexii Comneni congregati fuerunt in concilio de imeginibus, cuius decretum edidit Montfaucon p. 103. sqq. ex cod. Coislin. — p. 429. tres epistolae Demetrii Cydonii ad Georgium, philosophum; — p. 145. et 315. epp. Theodori Studitae ad Georgium, Xenodochum; p. 196. S. Georgii Tropaeophori martyrium, de quo v. supra, vol. X. p. 229. - Fabricius addiderat indicem et supplementa in hanc Allatii diatribam; see index iste inseri potest indica generali, et supplementa, suo quoduis loco, iam reddidi. Harl.

LIBRI

LIBRIVL

CAPVTL

DE SABINO HERACLEENSI, ET ALIIS CANONVM VETERVM ECCLESIASTICORVM COLLECTORIBVS.

Notita scriptorum recentium, qui collestiones Canonum varias recensuore. 1. nostrum institutum. 2. Canones quinquaginta apostolici, Latinis probati. 3. Graecis, LXXXV. 4. Illorum austoritas. 5. Canones Antiochemi, apostolis assisti. 6. Constitutiones apostolicae. 7. Epistolae pontificum. 8. Collestiones Canonum deperditae, vt Subini Heracleensis, 9. vel ineditae vt Stephani Ephesii. 10. alia Theodoreto perperam adscripta. 11. Codex Canonum ecclesiae orientalis a Io. Titio editus. 12. Codex ecclesiae vniuersae. 13. Codex ecclesiae Africanae. 14. Abbreuiationes Canonum. 15. Canonum Scholiastae Graeci. 16. Nomocanonum scriptores. 17. Bibliotheca Canonica Instelli et Voilli. 18. Guil. Beueregii pandellae Canonum. 19. De latinis Canonum collectionisus. 20.

(Cum supplementis G. C. Harles.)

Ŧ.

Tagumentum, quod tradere adgredior, ante me illustrarunt viri praeclari, o quorum observatis mea adiungam, Petrus Pithosus in synopsi historica eorum, qui Canones et

a) Ab initio statim laudandum est praeclarum opus, quoniam cius frequentior mentio facienda est: "De vetustis canonum colle Rionibus dissertationum sylloge, quibus de iuris ecclesiastici origine - disseritur, tetc. collegit, recensuit, praefationem adiecit Andr. Gallandius." Vonet. 1778. fol. Accesserunt Antonii Augustini de. emendatione Gratiani libri tres. - Reculum est opus, (quo vtor, et ex quo Fabricii notitia egregie possit locupletari, sed tum ob breuitatis studium, tum, quoniam multa ad bibliothecam graecam haud pertinent, illum laborem aliis iuris canonici cultoribus atque interpretibus relinquendum esse duximus,) inscriptumque: "De vetutis canonum collectionibus dist. sylloge; quibus virorum doctiff cura et studio elucubratis, de iuris eccles. origine arque progressu luculenter disseritur, vbi et plura tum ad antiquitatem canonicam, tum ad rem litterariam illustrandam adducuntur. Accessere V. C. Antonis Augustini (leg. Vol. XII.

Augustini) archiepiscopi Tarraconensis de emendatione Gratiani dialogorum libri duo. Collegit. recensuit ac praef. adiecit Andreas Gallandius, presbyter congregationis oratorii. Editio in Germania prima, variis dissertatt. aucta: Magontiaci 1790. 4. tom. L. II. In hac edit. exstant in tomo II. p. 185. sqq. Ant. Augustini — libri II. cum Steph. Balttzii et Gerh. Mastrichtii notis: curante M. Iof. Ant. de Riegger. Editioni Magontiac. accesserunt in tom. II. nr. XI. Stephani Baluzii Tutelensis diss. de capitularium regum Francorum nomine, dignitate, auctoritate et vsu tam in rebus ecclesiasticis, quam politicis, nec non de corundem collectionibus et editionibus: nr. XII. Francisci Antonii Zaccaria dist. de duabus antiquis canonum collectionibus ineditis: ur. XIII. dist. de inedita canonum collectione. quam XII. saeculo cardinalia Laborans composuit et nr. XIV. Iodoci le Plat. I. V. D. et SS. canonum professoris in academia Louaniensi dist.

et decreta ecclesiastica collegerunt, praemissa editioni luculentae corporis iuris canonici, Paris. 1687. et Lips. 1705. fol. Antonius Augustinus, Tarraconensis episcopus, in dialogorum libris duobus de emendațione Gratiani, editis Tarmeone a. 1587. 4. et Parifiis 1607.") nec non Stephanus Baluzius, Tutelensis, in prolegomenis et notis ad Anton. Augustini libros emendatius recufos, Parif. 1672. 8. et Gerhardo a Mastricht curante, Arnhemii 1678. 8. Christophorus Iustellus in praesatione ad codicem canonum ecclesiae universae, et in aliis : praefationibut et prolegomenis, 🛮 quae in bibliotheca iuris canonici Guil. Voëlli et Henr. Iustelli, variis canonum collectionibus praemista leguntur, Paris. 1661. fol. *Petrus de Marca*, Parisiensis archiepiscopus, in opere de Concordia Sacerdotii et Imperii lib. III. cap. 2, 3, 4. 5, 6. Paril 1641, 1663. 1669. et Frf. 1708. fol. et in differnatione de veteribus collectionibus canonum, quam inter alias postumas illius lucubrationes Baluzius a. 1680. Parisiis edidit pag, 201 sq. et Iustus Houning. Boehmerus editioni Francosurtensi operis de Concordia pag. 343, cursuit subjungi. ') Carolus le Coints in Annalibus Francorum tom. 11. p. 175, seq. Franciscus Florens, Aurelianensis primum, deinde Parisiensis antecessor, in dissertatione de origine, arte et auctoritate iuris canonici, quae inter alia eius opera canonica et iuridica lucem vidit Ioanne Donistio editore Parif. 1679. 4. et Halae prelo iterum subiecta est in fasciculo primo nouae variorum scriptorum collectionis 2716. 8. p. 202. 4) Ioannes Douiatius, quem modo memoraui, in Historia iuris canonici, edita gallice Paris. 1676, 12. et in libro tertio praenotionum canonicarum, vulgatarum ibid. 1687. 4. 1) Natalis Alexander in felectis historiae eccles, capitibus adpendice ad diff. XXI, Saeculi I. p. 219. feq. edit, in fol. tom. 3. Io. Mabillonius de Studiis Monasticis parte 2. c. 5. Claudius Fleury in institutione ad its eccleliaficum, gallice edita fub init. vt Lud. Morerium in Lexico, voce Droit Canoniqua, Hunoldum Plettenbergium in introductione ad its canonicum, Hildefiae 1692. 8. edita,

de spurits in Gratians canonibus. [Add. Zaccaria in diff. ad H. eccl. persin, tom. II. p. 381. fq.] -Multi libri, ad hist. canon. pertinentes, excitantur in Martini Lipenii bibl. reali iuridica post Frid. Gottlieb Struuii et Gottlob Aug. Ienichenii curas emendata et locupletata, tom. I. Lipf. 1757. fol. p. 157. fqq. fub voc. canones, et in Mart. Lipenii bibl. realis invidicae Supplementis ac emendatt. quae collegit or disoffit D. August. Frid. Schott. Prof. Lipf. 1775. fol. p. 59. atque Supplementorum vol. H. quae collegit et digessit Renatus Carolus, L. B. de Senkenberg, ibid. 1789. fol. p. 66. fq. sub voc. Canones. Nam omnes libros, ab illis memormos, in quibus multi ad biblioth. nostram graceam non pertinent, fi iterum enumerarem, ste charta et tempore et lectorum patientla abiiterer, ommino vereter. Quando anctores facc. IV. et V. et patres cecles. cogundem sacculor. prouocantin fynodis illorum temporum ad cano-Bis; hi vocantur el sudmeel despeel, elegicies nu-

νόνος, διαλησιαστακό απόνος, διαλησιαστακό δοσμοί το όποσολικοί κασύνος. Harl.

b) Libri duo ex recens. Gerardi van Mustricht, Duisburgi ad Rhen. 1676. 3. — rec. cura los. Antonii de Riegger, Vindobon. 1764. — cuius edit. repetita est in Gallandi sylloge, tom. II. nr. X. p. 187. sqq. v. editoris Mogunt. praesat. pag. XVII. sq. Harl.

e) Petri de Marca diss. de veteribus collectionibus canonum, rec. in Gallandii sylloge, I. p.

171. sqq. Harl.

d) Rec. in Gallandii sylloge, tom. II. nr. IX.

p. 139. fqq. Harl.

e) Io. Doulat Praenotionum canonicarum libri quinque. — Editio noua: recensuit, notae adiecit atque praesatus ost D. Ang. Frid. Schott, prof. Lips. tomi H. Mitauise et Lips. 1776. mai. 8. in cuius tom. I. pag. 245. sqq. per plura capita agitur de primis quatuor conciliis oecumenicis. Harl.

edita, aliosque omittam. Add. histoire du Droit canonique, Paris. 1720. S. Petri Constant, Benedictini, prolegomena ad epistolas pontificum, s. dissertatio de antiquis canonum collectionibus deque variis epistolarum pontificum romanor, editionibus Parif. 1721. fol. Fabr. — quae dist. docta recusa est in Gallandii sylloge, tom. I. nr. I. — Ibid. rec. tom. I. nr. III. Petri et Hieronymi, fratrum Balleriniorum, de antiquis tum editis, tum ineditis collectionibus et collectoribus canonum ad Gratianum víque, tractatus, praefixus ab illis adpendici ad S. Leonis M. opers, tom. HI. Venet. 1757. fol. (tomus I. prodiit ibid. 1755. conf. Schoenemann. bibl. historico-literar. patrum latinorum, tom. II. p. 873. 922. inprimis p. 947. sqq. ac 953. sqq.) — In eadem Gallandii sylloge, tom. I. nr. IV. repetita est typis Caroli Sebafiani Berardi dist. de variis sacrorum canonum collectionibus ante Gratianum, eius operi in Gratiani canones Taurini 1752. 4. edito praemissa. — Christiani Lupi synodorum — decreta et canones — illustrati, Louan. 1665. et Brüxell, 1673. 4. melius in eius opp. Venet. 1724 - 1729. fol. XII. voll. — Ludou. Thomassini dissertatt. in concilia, tom. I. Paris. 1667. 4. Luccae, 1728. fol. et in Rocaberti bibl. pontif. tom. XV. (cf. D. Werner Car. Lud. Ziegler Versuch einer pragmat. Geschichte der kirchl. Versassungssormen in den ersten sechs Lahrhunderten der Kirche, Lipf. 1798. 8. p. 410. fqq. qui p. 50. et faepius canon. apoftol. et concil. laudat illustratue.) — Zegeri Bern. van Espen dissertationes de antiquis canonum codicibus, cum commentario in canones iuris veteris, Louanii 1777. II. tom. 8. et in eius opp. Lüttich. 1693. et Rouen. 1710. 4. Louan. 1721. et 1753. fol. IV. voll. et Venet. 1781. fol. editis, tom, VI. p. 103. Iqq. — Paul. Infeph. de Riegger diss. de collectionibus iuris ecclesiastici ante - gratianei. Viennae 1765. — Ignatii Mulzer Historia legum ecclesiasticarum positiuarum, quibus in Germania veimur. Bambergae 1772. 8. - Iof. Simonius Asseman. in bibl. iuris canonici et ciuilis libro 1. cui in fine inferiptionis additur: Codex canonum ecclefiae graecae, Romse 1762. 4. cap. IX. et pluribus capp. de canonibus vett. eopiose disserit: in cap. II. p. 21, sqq. recenset eos, qui canones et decreta ecclesiastica collegerunt, atque in lucem ediderunt; in cap. III. p. 52. fqq. antiquam gr. canonum collection, recenfendo, primum et antiquissimum canonum gr. eccles codicem eum esse statuit, qui in Chalcedonensi concilio a. 451. probatus fuit citatusque; in cap. V. p. 89. fqq. agit de additamentis, "vetustiss." gr. canonum codici ab orthodoxis factis: etc. item in libro II. capp. XXXII. et XXXII, et in libro III. part. 1. ibid. 1763. 4. capp. XI. feqq. et faepius contra Ballerinos aliosque disputat. Harl.

E Reformatis Iacobus Vserius) epistola X. ad Samuelem Wardum, [P] cum Wardi responsione: Gerhardus van Mastricht, syndicus Bremensis, anno 1720. exstinctus, in Historia iuris ecclesiastici et pontificii, edita Duisburgi 1676. et Amstelod. 1686. 8. atque cum praesatione Christiani Thomassi, ICti Hallensis, recusa Halae 1705. et 1719. 8. Guil. Crueus in historia litteraria scriptorum eccles. parte 2. ad a. 451. vbi de codice canonum ecclessae vniuersae. Fabr. s. p. 443. sqq. ed. Basil. add. ib. tom. II. dissert. II. p. 29. sq. de vi et vsu vocabuli Kavar Pauca adnotauit Oudin. in comment. de SS. eccl. tom. L. col. 1435. sqq. ad a. 560. de Ioanne Scholassico, patriarcha CPolitano. Harl.

S, a

E no-

f) Bibl. vniuerselle de Mr. le Clerc tom. 2. p. 245. seq.

E nostratibus theologis Gerhardus Theodorus Meier in historica de collectionibus canonum relatione, praemissa codici canonum ecclessae uniuersae, qui ipsius cura graece et latine Helmstadii 1663. 4. est excusus. Thomas Ittigius, doctor olim meus, in schediasmate de scriptis, canones et concilia spectantibus, quod inter eius varia opuscula postuma Lipsiae, vulgante L. Christiano Ludouisi 1714. 8. prodiit p. 425. seq. Io. Andreas Schmidius in supplemento ad Casp. Sagittarii introductionem in historiam ecclesiasticam tom. 2. p. 728. feq. Ienze 1718. 4. [Io. Franc. Buddeus, theologus Ienens. in Isagoge historico-theologe ad theologiam vniuersam, singulasque eius partt. tom. poster. Lipt. 1724. 4. cap. 5. §. III. p. 737. sqq. vbi multi quoque libri, huc pertinentes, citantur. — Iuft. H. Boehmer in: Anmerkungen veber die erste Sammlung der Kirchensatzungen oder sogenannten canonum, fowohl im Orient als Occident, in Woechentl. Hallisch. Anzeigen, a. 1741. nr. 13. — Io. Ge. Pertsch, Geschichte des Kanonischen- und Kirchenrechts. Lips. et Breslau. 1753. 8. — (Spittleri) Geschichte des kanonischen Rechts bis auf die Zeiten des falschen Isidorus. Halae Sax, 1778. 8. — G. I. Planck in egregio opere: Geschichte der christlichkirchlichen Gesellschafts-Verfassung. I-IV. tom. Hannou. 1803-1806. 8. Permulta opp. de canonibus et conciliis citant I. Aug. Nöffelt in: Anweisung zur Kenntnis der besten allgemeinern Bücher in allen Theilen der Theologie, ed. III. Lipfiae 1790. 8. §. 424-434. pag. 555, sqq. et Chr. Guil. Franc. Walch. in: Grundsatze der zur Kirchenhistorie des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren v. Bücherkäntniss, ed. 2. Gotting. 1778. 8. p. 189. sqq. colb p. 26. fq. Idem in: kritische Nachricht von den Quellon der Kirchenhistorie, Lips. 1770. m. 8. pag. 232. fqq. et alibi multa praecepta vtilia dat sobrieque iudicat; vt Moshemii, Du Pin, I. G. Walchii, et eius filii, Christi. Guil. Franc. Walchii, (in Grundsätzen der Kirchengesch, des N. T. ed. III. a Io. Christoph. Frid. Schulz, emend. et auch. Giessa 1792. 8.) Schroeckhii, Cottae aliorumque Historias eccles, N. T. in quibus etiam de canonibus eorumque collectionibus modo breuius, modo vberius agitur, filentio praetermittam. Harl.] Ex iuris consultis Caspar Zieglerus, antecessor Witebergensis, in diss. de origine et incrementis iuris caponici, quae cum commentario eius ad Io. Pauli Lancelloti institutiones pridem in lucem data Witeberg. 1669. 4. et a D. Christiano Thomasio adiuncta est propriis in cumdein Lancellotum observationibus Halae Sax. 1716. 4. Io. Strauchius, ICtus Ienensis, in dissertationibus canonicis de origine, libris et auctoritate iuris canonici, Gieffae 1677. 4. Herm Conringius, licet medicum profiteretur, iuris omnis peritissimus, in libro tertium reculo de Origine Iuris Germanici, Helmst. 1643. 1649. 1665. 4. quintum reculum ibid. 1720. 4. Influs Henning. Boehmerus in sure ecclefialtico protestantium lib. 1, tit. 2, qui est de constitutionibus, Halae Sax. 1714. 4. Christ. Thomassus in cautelis circa praecognita inrisprudentiae ecclefiasticae, ibid. 1712. 4. cap. 18. 19. 20. Burch. Gotth. Struuius in historia iuris romani, Iustinianei, graeci, germanici, canonici, seudalis, criminalis et publici, cap. VII. p. 561. feq. Ienae 1718. 4. ne dicam, quae idem vir doctissimus paucis perstrinxit in bibliotheca iuris selecta saepius recusa non sine auctariis in 8. Fabr. Cel. D. Christian. Frid. Glück, prof. iuris Erlangens. in Praecognitis vberioribus vniuersae iurisprudentiae ecclesiasticae positiuae Germanorum. Halae Sax. 1786. 8. in quo libro doct. cap. III. sect. 1. tit. 3. S. 96-117. p. 156. sqq. notitia canonistarum a Gratiano monacho vsque ad recentifilma tempora exhibetur; S. 120, Iqq. p. 265. Iqq. de diuerla canonum ante Gratianum collicolligendorum digerendorumque ratione etc. et sech. II. S. 170. sqq. p. 419. sqq. de collectionibus canonum graecis et latinis, etc. curatius agitur. Harl.

- Vt igitur ordine et succincte rem complectar, graecarum collectionum canonicarum notitiam primo loco traditurus, breuiter dicam de collectione antiquissima earum, quam habemus sub canonum constitutionumque apostolicarum titulo: deinde de decretalibus epistolis pontificum, quarum apud Eusebium et Epiphanium mentio occurrit. Hine de deperditis vel ineditis συναγαγαῖς Sabini Heracleensis, Stephani Ephesii atque aliorum, etiam anonymorum: 📳 denique de editis, ac primum de Tiliano codice: tum de iis, quae in Guil. Beueregii pandectis canonum et quae in bibliotheca canonica Guil. Voëlli et Henr. Instelli exstant. Quoniam porro latinae etiam collectiones canonum partem magnam ex graecis conuersae vel deriuatae sunt, non alienum a meo instituto suerit, carum etiam notitiam, quantum fieri a me poterit, adcuratam distincteque ordine temporia traditam fubiungere.
- III. Ante Dionysium Exiguum prisca 3) regularum ecclesiasticarum versio latina ferebatur, cuius confusione offensi Laurentius presbyter et Stephanus Salonitanus episcopus Dionytium permouerunt, vt noua interpretatione illas circa a. C. 500. donaret. In illa prifca collectione nulli fuere canones apostolici, fiquidem fanctionum ecclesiasticarum codex a Paschafio Quesnello in tomo secundo Leonis M. opp. [Paris. 1675. 4. conf. Schoenemann. l. c. tom. II. p. 891. sq. et 919. sq. Harl.] vulgatus, haud diuersus a veteri ista, Dionysio memorata, credatur: nullum etiam canonum apostolicorum vestigium in antiquis Africanis, Hispanicis et Gallicanis constitutionum ecclesiasticarum collectionibus exstitit, vt ex Ferrando, codice canonum ecclefiae Africanae, [de quibus vide infra §. XIV.] Martino Braccarensi et Hinemaro iam obseruarunt viri docti. Hie itaque primus Dionysius latinis auribus dedit canones quinquaginta. In principio itaque, inquit in epistola ad Stephanum episc. eanones, qui dicuntur apoftolorum, de graeco transtulimus, quibus, quia plurimi consensum non praeduere facilem, hot ipsum ignorare vestram nolumus sanctitatem: quamuis postea quaedam constituta pontificum ex ipsis canonibus assumta esse videantur. Hi quinquaginta canones
- g) De prisca hac versione latina, quae continet canones synodorum Ancyranae, Neocaesaziensis, Nicaenae, Sardicensis, Antiochenae, Chalcedonenfis et CPolitanae v. Coustant diss. de antiquis canonum collectt. S. I. tom. I. p. 64. sqq. in Gallandii sylloge, ed. Mogunt. p. 330. sqq. curatius Balleris. de antiquis collectt. - canonum etc. cap, II. S. 3. (vbi quoque de codd. agitur,) atque in (Spittleri) Geschichte des kanon, Rochto S. 32. et 33. p. 127. fqq. Edita primum est ex cod. Christoph. Iustelli in Voellit et Henr. Iustelli bibl. iuris canon. vetere tom. I. dicensib. fernore iniquo theologico abreptus Harl.

quaedam folia cultro resecuerat. Res narratur a Stephano Baluzio in praefatione ad opusc. Petri de Marca, edita Paris. 1681. a num. 10. ad 13. euius verba repetierunt Ballerinii l. c. p. 530. sq. Atque Ballerinii mancam et imperfectam Instellianam edit. codd. Vatican. praesidio suppletam atque perfectam recudendam curarunt in editt. operum Leonis tom. III. pag. 473-564. et inde repetiit Mansius in ampliss. collect. concilior. tom. VI. col. 1105. sqq. Add. infra in h. cap. S. 18. nr. 7. it. Schoenemann bibl. - patrum latin. tom. II. p. 953. fqq. et cel. Gluck Praecognita . p. 277. sqq. sed Iustellus in canon. Nic. et Sar- \ laudata, cap. III. sect. 2. S. 172. pag. 426. sq. ...

admittuntur in collectione Cresconii Afri et in codice canonum, qui Moguntiae a. 1525. Ioanne Wendelstino edente, ac deinde Paris. 1609. 8. lucem vidit, nec non in Hadriani I. epitome canonum, quam vulgarunt Canisius, h) Labbeus, Harduinus: tum a Burchardo, Iuone, Gratiano: atque in collectione Isidori Mercatoris seu Peccatoris, qui, a quibusdam apocryphos dici, non diffitetur: denique propter corum autoritatem ceteris conciliis praeposuimus canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur: quonium plures sos recipiunt, et sancti patres eorum sententias synodali autoritate (can. 2. Trullan.) roboraverunt, et inter canonicas posuerunt constitutiones. Apocryphorum tamen numero illos certe quinquaginta eximit Stephanus IV. in concilio Lateranensi a. [P] C. 769. actione IV. 1) Non amplius suscipiantur apostolorum tanonum prolata per S. Clementem, nist quinquaginta eapita, quae suscipit sansta Dei catholica romana ecclefia. Et qui a. C. 1054. scripsie, Humbertus aduerfus Nicetam Pectoratum ad calcem tomi XI. Annal. Baronii p. 803. licet his verbis vitatur: quia canonibus, sub nomine apostolorum editis nos vegere videris, exponere tibi tua capitula decreuimus, quamuis ea inter apocrypha v/que nunc magna ex parte computanerimus, vt aperte cognoscatur, nec apocryphis nec authenticis vos vestras ineptias posse defendere: tamen p. 798. dixerat: nam Clementis librum, id est Petri apostoli, itinerarium et canones apoftolorum, sancti patres numerauere inter apocrypha, exceptie capitulis quinquaginta, quae decreuerunt regulis orthodoxiae adiungenda. Haec capitula quinquaginta respondent in editione Cotelerii graecis prioribus canonibus tantummodo XLII. Nam pro vno Graeco 1. apud Dionysium est 1. 2. pro Gracco 2. apud Dionys. 3. 4. 5. pro Gracco 12. apud Dionys. 15. 16. pro Graeco 17. apud Dionysium 21. 22. 23. 24. pro Graeco 18. apud Dionys. 25. 26. et pro Graeco 35. apud Dionysium 42. 43. Vicissim pro vno Dionysii 40. in Graeco shut duo, 32. et 33. Similiter in collectione Hadriani I. licet capitula 45. numerentur, tamen nullum ex illis quinquaginta omissum, sed nonnumquam tres vel duos in vnum contractos deprehendi, notauit b. D. Tho. Ittigius ad calcem adpendicis de haerefiarchis pag. 162. h)

h) Canifius tom. 6. lection. antiqu. Labbeus tom. 6. concil, pag. 1800. Harduin. tom. 3. pag.

i) Tom. 9. concil. Harduini p. 2015. Labbei tom. 6. p. 1723. Holstenii collect. romana veterum haft. eccles. monumentorum part. 1. p. 263.

k) Idem iu: historiae ecclesiasticae primi a C. N. saeculi selectis capp. Lips. 1709. 4. p. 47. sq. qui inter alia adnotat, Seuerinum Bintum tom. I. concil. pag. 14. duos tautum ex canonum apostolicorum numero, n. canonem suae editionis 65. et 84. et cardinalem Aguirrem tom. I. concilior. Hispaniae diff. III. excurs. 6. et 8. quinque tantum, n. 46. 47. 65. 67. et 84. esse pseudepigraphos, censuisse. Contra ea Bellarminum de scriptt. eccles. pag. 54. canones posteriores omnes reprobare, et tantum L. priores agnoscere pro legitimis; nec aliam videri sententiam Antonii Constantini a Castrouillare, ordin. Minimo- rationario saeculi I. p. 57. sqq. Harl.

rum S. Francisci de Paula especonincialis in diss. de canonibus apostolorum, Romae 1697. in 4. Hic enim in primo cap. sect. 5. quum priores L. canones recensuisset, p. 28. hos, vt vere ab apostolis conditos defendere, et in indice p. 356. posteriores XXXV. cum romana ecclesia reiicere ait; et tamen in eadem pagina paullo poft, canones XXXV. posteriores tamquam apostolicos recipere videtur, Post haec Ittigius aliorum diversa judicia de canonibus, qui vocantur apostolici, refert, cosque supposititios esse pronuntiat, et denique, rationes, inquit, varias, ob quas canones apostolici pro legitimo foetu agnosci non possunt, e nostratibus adducunt Centuriatores. cent. 1. part. 2. cap. 8. pag. 544. Baul. 1559. fol. Ofiander in epitome hist. eccles. centur. I. libr. 3. cap. 4. Gerhardus in confessione cathol. lib. 1. general. part. 2. c. 6. p. 394. fqq. Varenius in

In gracco - latina editione Gregor. Haleandri 1) duodequinquagelimus canon respondet quinquagefimo apud Dionysium et in editionibus Herueti ") atque Beueregii, ") quoniam pro 12, et 13. apud [P] Haleandrum est 12. Latinorum solos quinquaginta canones recipientium sententiam notauit auchor scholii ad canonem Trullanum secundum: σημείωστι τον παρώτα κανώα διά τους Λατίνες, τους λέγοντας μη άναι τους δγδοήποντα πέρτε Tous narinas ran ayian Amesonan. Fabr.

[Epistetress. Plura adhae de illis canonibus, corum auctoritate, quam apud multos ebtinuerunt, de tempore, quo collectio istorum canonum facta sit, et de diuersis de illis variorum iudiciis possunt disputari. At enim alii iure culparent obscuram diligentiam: nec hic locus est, quum mexime alii pistrino illi operam addixissent. Praeter citatos confules quoque Buddeum in Isagoge supra ad S. I. citata, p. 742. sqq. et Assume, in tom. I. laudato pluribus locis, ex. gr. cap. IV. p. 74. vbi monet, graecum exemplum, quod Dionysius Exiguus a capite ad calcem accurate reddidiffet, (vti ex duobus puris eius codd, MSS. Vatic. MMMMMDCCCXXXXV. et Palat. DLXXVII, colligatur.) multa, quae postea accesserunt, earuisfe; tum p. 89. sqq. de canonibus apostolicis, vbi contra Iustellum et Lupum quoque pugnat, et p. 92. fqq.oftendere adlaborat, canones *apoftolicos e*tiam ante concilii Chalcedonenfis tempora, fi non apud romanam ecclesiam, faltem in ecclesiis orientalibus receptos fuisse atque probatos, locumque Guil. Beneregii apud Coteler. in vol. I. SS. patrum, qui apostolicis temporibus Moruerunt, Antwerp, 1698. p. 429. nr. VIII. sqq. repetit et explicat ac p. 101. sq. de canonibus atque conflitutionibus spostolicis Beueregii proponit coniecturam, atque p. 103. "firms, inquit, manet constanaque fentenin, quae hos canoues neo ipsis cum Turriano apostolis ante a. 50. conditos, adferibit, nec cum Dallaco quinto demum coque adulto post Ch. N. faeculo ab impostore nescio quo confarcinatos hariolatur; sed medium duas inter istas extremas tenens opiniones, cos fecundo excunte, tertioque nondum adulto sacculo a primitimis synodis constitutos, et mox etiam in corpus issud, quod iam sub manibus habenus, collectos, (etiamfi nonnullis in locis postes interpolatos) suisse statuit. " Quam sententiam posses corroborare, et latius explicare atque tueri adnititur statuitque Assemann. canonte illos circa a. Chr. 520. in Nomocanonem graecum iam relatos esse. Tum p. 105, sqq. de antiquo horum canonum viu apud Orientales et Latinos, (atque Latinis ante Dionysii Exigui setatem canones eosdem haud ignotos fuisse, contra Ballerin.contondit,) corumque numero,

. 1) Gregorius Haloander canones apostolorum gracce edidit ad calcem Nouellarum Iustiniani imp. deinde latinam suam versionem subiunxit, Norimb. 1531. fol. apud Io. Petreium. Cum Haloandri versione recusi sunt in Orthodoxographis. Eadem etiam occurrit in Francifei Ionerii Valentini fanctionibus ecclefiasticis, quae prodicrunt latine 1555, fol.

m) Gentianus Heruetus canones apostolorum Theodori Balsamonis scholiis illustratos vertit et conciliorum et SS. patrum. Herueti versio Dio-

nysianae adiunda exstat in variis conciliorum editionibus. Seruata etiam ab Elia Ehingero, qui gracce et latine canones conciliorum edidit Witcherg. 1614. 4. et in editionibus canonum gracco-latinis Parisiensibus cum Balsamanis et Zonarae scholiis, nec non in magno Beueregii fynodico.

2) In Guil. Beneragii synodico fine Pandectis canonum familiam ducunt canones apostolorum cum Balsamonis, Zonarae et Alexii Aristeni seholatine edidit Parif. 1561. fol. cum aliis canonibus liis, graece et latine; Ozon, 1672. fol. additis notis eruditisimis.

Digitized by Google

de Dionysiana corum versione etc. vberius agit. Enimuero cogor, harum controuersiarum cognoscendarum cupidum ad Assem, ablegare, qui etiam p. 445. sqq. 460. sqq. 478. sqq. ac p. 527. sqq. quasdam quaestiones controuersas pertractat. Schott ad Douisti Praenotion. cit. libr. IH, cap. 3. de antiqua canonum collectione, quae prima vulgo habetur, S. 1. p. 669. primum coniicit, primam illam collectionem nihil aliud fuisse, ac celebrem illum codicem canonum ecclesiae vniuersae, qualis erat vsque ad concilium Chalcedonense: dein animadvertit in nota 2. de aetate huius collectionis, (quam Theodofii M. tempore circa a. 385. compositam suisse Douist. contendit,) nihil certius constare, nisi hoc, eam intra a. 391. quo concilium CPolitanum I. habitum est, et a. 457, in quem Chalcedonense incidit, factam esse. Idem observat, Mastrichtum in histor. iuris eccles. nr. 27. sq. existimantem, eius initium flatim post Nicaenum concil. fuisse, eamdem sensim per partes creuisse, rede refutatum esse. a I. H. Boshmero in observ. über die erste Sammlung derer Kirchensatzungen, in collectione, à Schotto curata, et inscripta, iuristisches Wochenblatt, tom, II. p. 445. coniecturae tamen Boehmeri cuidam non prorsus adsentit. - Insuper plura collegerat quondam cel. Glück in peculiari commentat. de canonibus et constitutt. apostolicis, prelo quondam parata, at hucusque ab iplo in scriniis seruata, et mecum pro mutua nostra amicitia communicata, ex qua possim hunc Fabricii locum egregie exornare; at aegre sero, et temporis et vero instituti bibl. Gr. rationibus me impediri, quominus possim ex ea vel potiora copiosius excerpere. Observat vero V. D. post Cotelerium in notis ad can. apost. 30. 50. 82. et 85. ac Beuerigium in adnotte in can. Ephefinae fynodi a. 431. part. 2. act. 7. et in codice canonum ecclesiae primitiuae illustrato lib. 1. cap. 17. S. IV. ap. Coteler. vol. II. p. 73. nomen, κανόνες τῶν ἀγίων ἀποςόλων, canones SS. apostolorum a corruptore quodam, nominis forsan illius auctore, et a falsis codd. lectionibus ortum esse. Locum quidem in actis synodi Ephesimae corruptum esse, vel ex eo patere animaduertit, quod in codice canon. eccl. vniu. can. 178, et in plurimis decretorum graecorum concil. editt. e. gr. Rom. a. 1608. Colon. a. 1618. ac Parif. a. 1636. nec non in codd. Zonarae ac Balfamon. non ἀποςόλων, fed rectius zariewy legatur, laudatque Io. Paull. Hebenstreit diff. de canonibus, vt dicuntur vulgo. apostolicis, Ienae 1701. thes. III. S. 17. p. 52. Tum argumenta Magdeburgens. Centuriatorum contra vetustatem et auctoritatem illorum canonum, minime apostolorum temporibus adfignandam recitat amplificatque. Posthaec dittersas virorum doctorum opiniones, quando, et a quo atque quo saeculo illi canones fuerint confecti, profert. Petrus igitur Gunning, theologus quondam Cantabrig. in opere, anglice scripto, de ieiunio antepaschali, 1662. p. 40. arbitratur, canones illos ab episcopis apostolicis, qui ipsi interdum dicti fuisfent anosonos, et quidem L. priores probabilner saeculo primo, posteriores autem saec. fecundo fuisse compositos. Gabriel Albaspinaeus, episcopus Aurelianensis in libro 1. de antiquis ecclesiae ritibus, obseru. 13. censet, nonnullos tantummodo illorum canones ab apostolorum successoribus, qui viri apostolici suissent nominati, saeculo II. esse scriptos dictosque apostolicos canones, deinceps auctos et ex inscientia, canones apofolorum vocatos. Dauid Blondell. in Apologia pro sententia Hieronymi de episcopis et presbyteris, sect. III. pag. 317. indicat, illos canones suisse circ. a. 280. conditos, in prolegomenis autem ad Pfeudo-Ifidorum et Turrianum vapul. cap. 12. adferit illorum aetatem anno 200. Postea cel. Gluck memorat nota Petri de Marca. Dallaci et

Beuerigii ') indicia, neque tamen omnino probat Beuerigii suspicionem, Clementem Alexandrinum esse canonum, quos habemus, apostolicorum auctorem, quamquam argumentum, quod Spittler in: Geschichte etc. p. 70. contra Beuerig um vrguet, ex alio Beuerigii loco, in cod. canon. ecclesiae primitiu. illustrato, lib. 1. cap. 2. §. 5. illustrat reiicitque: aliis tamen armis oppugnat Beuerigium. Postquam Thomas Brunonis sententiam, in iudicio de auctore. canonum et constitutionum, quae apostolorum dicuntur, S. VI. sqq. in Cotslerii patribus apostolicis, vol. II. in accessionibus, pag. 117. sqq. ed. Cleric. expositam, opus canoni apost nec vnius esse hominis, nec vnius saeculi, sed vario modo successiue congestum et traditum et tandem a Leontio Tripolitano, episcopò in Lydia, saeculo quarto probabiliter collectum, nouisque accessionibus locupletatum, aut eum inprimis illorum collectioni operam commodaffe, quosdam tamen canones postea accessisse, latius commemorauit, nec tamen probauit: tandem Iani hypothesin, (paullo post a Fabricio S. V. fin. laudatam,) materiam illorum fuisse forma et constitutione hodierna antiquiorem, adoptauit ornauitque. Idem contra Selchou. docet, plurimos quidem apost canon, patribus saec. IV. iam fuisse notos, atque faec. II. et III. adferendos, ad illos iam ante a 394 immo iam ante a 325. ab Alexandro, episcopo Alexandrino, ap. Theodorit. hist. eccl. lib. 1. cap. 4. aliisque effe provocatum; nec illos demum sacc. IV. esse consictos, quum iam Basilius M. episcopus Caesar. Cappad circ. a. 370. (in opp. tom. III. pag. 25. et in Beuerigii synodico tom. II. f. 53.) mercires (n. 25 tam) allique alios laudassent: denique ex collatione canonum apostol. et Antiochenor. (ap. Beuerig. in cod. libr. r. cap. 4. S. 2.) offendit, canones fynodi Antiochenae a. 341. maximam partem ex canon. apostolicis mutuos esse sumtos, nonnullos autem additos; formam autem et constitutionem canonum, quos quidem habemus, apostelicorum faec. forfan quinto demum esse perfectam, at post medium faecul quintum partem iam fuifie collectionis legum ecclefiafticarum contra Beuerigium commonstrat. Quis autem fuerit auctor illius collectionis, parum certum esse videtur: in oriente tamen cos suisse. natos, existimant fratres Ballerini (opp. Leon. tom. III. pag. 5. et in Gallandii sylloge etc. tom, I. p. 240. ed. Mogunt.) quod in can. 38. legatur nomen mensis syromacedonici Huperberetaei: neque cel. Glück repugnat, suspicans, illam collectionem et quidem successive primo forsan priorum quinquaginta canonum, quibus deinceps reliqui XXXV. canones fensim sensingue sucrint adiecti, ab orientalibus episcopis probabiliter esse factam. Enimvero Spittler l. c. p. 71. ex eo, negat, sumi posse tutum argumentum, opinans, collectorem canonum esse potuisse Alexandrinum, quamuis auctor s. auctores canonis istius tricesimi octavi fuerint orientales. Douiat in Praenot. citt. pag. 671. §. 2. quo auctore concinnata fuerit collectio, sibi non liquere confitetur; S. autem 3. cam in imperio orientali esse editam inde patere ait, quod topicarum s. particularium synodorum canones non alios contineat.

o) Historiam controuersiae de auctoritate cacenturiatores, a Dallaco, Beuerigio, et Larroquano, (de la Roque,) agitatae vberius enarrat neque agit. Cotta, in Historia eccles. (Versuch einer aus-

führlichen Kirchenhistorie des N. T.) tom. II. non. apostol. a Turriano contra Magdeburg. sect. 2. c. 5. p. 1179. sqq. Tubing. 1771. mai. \$. qui a p. 1170. S. 427. de illis cauou. docte ple-

tineat, quam earum, quae in Asiaticis dioecesibus sint celebratae. Idem pag. 673. sqq. Spittler I. c. atque cel. Glück de auctoritate, quam illi, et prius quidem in ecclesia orientali, quam in occidentali per leges stabilitam nacti funt, pluribus agunt. Quamquam canones, et ipfi priores L. in ecclesia occidentali temporum progressu apud catholicos occidentis non plene observatos esse, res ipsa docet, et palam profitetur Martinus Perezius (de Traditionibus, part, 3. cap. de auctoritate canonum spossolic.) a Michael. tamen Medina, vix sex aut octo in latina ecclesia observari, hyperbolice dictum esse, quum nec tertia pars corum in desuetudinem abierit, et vix duo tresue reperiantur, quos ecclesia palain repudiet, post Beueregium et Cotelerium docet Io. Douint in Praenotion. canonicar. libris V. libro III. cap. 2. de canonibus, qui dicuntur, apostolor. §. 9. p. 667. sq. ed. Schott. De constitutionibus et canonibus apostolicis, de collectione, a Sabino episcopo Heracleensi, et concilio Chalced. facta, de codice canonum ecclesiae vniuersae, de versione prisca et Isidori reliauorumque collectionibus conf. quoque Georg. Dan. Fuchs Bibliothek der Kirchenversammlungen des IV. und V. Jahrhunderts, part. 1. Lipf. 1780. 8. p. 276. sqq. Sed, multis VV. DD. iam in vtramque partem disputantibus aut omnem historiam explicantibus, in Gallandii Sylloge, aut Douiato, Cotta, aliisque antea laudatis, vela contrahenda esse, ne extrauagari videar, intelligo. De Dionylisma collectione, in duas partes diuidenda, quarum prior canones fynodalium, posterior autem, aliquanto serius congesta, epistolas romanorum episcoporum continet, Spittler I. c. p. 137. sqq. et pag. 145. sqq. vberrime agit et recenset scripta, quae prima illa genuina collectio comprehendit. Editionem igitur, quae plura complectitur, e. g. a Iustello curatam, et ex ea in Iosephi Harzhemii conciliis Germaniae, tom. I. p. 131–235. (vbi tamen canones fynodorum tautum funt recepti,) repetitam, haud primam Dionysii edit. sed vnam alteram recensionem, a Dionysio ipso immutatam, aut collectionem Dionysianam, a romania episcopia subinde auctam reddere, idem p. 147. sqq. pluribus oftendit. Harl.]

IV. Graeci hisce quinquaginta canonibus additos habent alios quinque et triginta, sie vt canones apostolicos LXXXV. numerent Io. Scholasticus, qui ex presbytero Antiocheno patriarcha CPol. suit ab a. C. 564. ad 578. et post eum patres concilii Trullani a. 680. canone 2. Photius patriarcha CPol. Steph. Ephesius in synopsi navoring, quam MS. memorat Lambecius III. p. 66.) Matth. Blassares, Arsenius, monachus, et scholiastae canonum, Io. Zonaras et Theod. Balsamo, aliique Graeci iuniores communiter: ita etiam Io. Tilius, qui apostolorum et SS. conciliorum decreta graece edidit Parisiis per Conr. Neobarium 1540. 4. licet a Greg. Haloandro tantum LXXXIV. numerentur, quoniam, vt dixi, pro 12. et 13. duodecimum computat, vt sit etiam in Christoph. Hegendorsini editione Lips. 1524.

p) Siue p. 183. ed. Kollar. nr. 2. cod. XLVIII. vbi Kollar. adnotat, Caueum suspicari, hunc Stephanum illum esse Ephesinum episcopum, qui a. 351. Chalcedonensi concilio intersuit, eo potissimum, quod in titulo codicis Palatini, hisce canonibus praesixo, Stephanus episcopus Ephesinus adpelletur. Hanc doct. viri coniecturam,

inquit idem Kollar. confirmat hicce codex noster, vbi claris et indubiis elementis scriptum habetur: $\Sigma \tau \epsilon \phi \dot{\omega} v \dot{z}$ ' $E \phi \dot{\epsilon} \sigma z$, haudquaquam vero ' $E \phi \epsilon \sigma \dot{z} z$, vt mendose exscripsit Lambecius. Add. infra in hoc cap. S. X. fratres Ballerin. in Gallandii Sylloge etc. I. p. 245. sqq. et Douiat. l. c. p. 670. ac p. 681. Harl.

et in Orthodoxographis: nec non in conciliis Binii, Labbei atque Harduini, versionem Herueti adiunctain habentibus. Simeon 9) magister numerat LXXXII. Ioseph. Aegyptius, Arabicus interpres, LXXXI. Cotelerius, (cui pro 77. et 78. est vnus canon 69.) exhibet LXXVI. Turrianus, ") a que eorum quartus de mundialibus curis, ab episcopo, presbytero aut diacono non suscipiendis, nescio quomodo, praetermissus est, LXXV.) Ineditam Theodoriti canonicam collectionem, qua canonum apostolicorum recipiatur auctoritas. laudari videas a Salmasio p. 633. libri de vsuris. [v. infra §. XI.] Sed illa Theodoreto perperam tribuitur etiam a Petro de Marca, ') qui MSto codice deceptus fuit; non alia enim illa esse comperta est, quam Ioannis Scholastici, Fabr. Conf. Douiat 1. c. libr. III. cap. V. p. 682, sqq. de collectione, Theodorito a quibusdam adscripta, de ordine huius collectionis, de codd. bibl. Paris, et regiae et Seguerianae (postea Coislin. v. Montfauc. bibl. Coisl. p. 267. sqq.) Illam collection. a Iustiniano Nouella 131. sancitam esse putabat Douiatus; sed Schott, in nota observat, illam Iustiniani nouellam non ad hanc collectionem privatam, sed potius ad codicem canonum ecclesiae vniuersae, quippe publica auctoritate receptum, pertinere. Postea illam collectionem neque Theodoro, neque cum Turriano (in opusc. quod scripsit pro canonibus apostolorum,) Constantino scholastico P. Cpolit.; neque cum Antonio Augustino (in praes. ad antiq. collection. Decretal.) et Alemanno, (in notis ad Procopii anecdota,) Ioanni Scholastino, quem ea quidem vsum esse non dubitat; sed maxime probabiliter Theodorito, (cuius nomen occurrit in cod. regio: Συναγωγή Κανόνων eis v. τίτλες dinenuerar παρά Θεοδωρίτε επισκόπε τε Κύρξε) esse adscribendam et ab illo Theodorito, Cyrrhi in Euphratensi orientis prouincia episcopo, eam canonum collectionem esse conditam, it probatum: denique S. VII. p. 687. sq. diluit rationes Iustelli aliorumque, qui negant, hanc collectionem esse Theodoriti. Harl.

- V. Nec quinquaginta illos, neque ceteros, (haud multum licet prioribus, vt opinor, inferiores iunioresque canones,) ab apostolis conditos,) [] aut a Clemente Romano apostolor. aequali litteris consignatos esse; virorum eruditorum in romana etiam ecclesia communis propemodum consensus praeiudicauit, adeo vt laterem lauent, qui contrariam sententiam post Turrianum contendunt euincere, Antonius de Castrovillare
- q) A Simeone hoe, de quo infra, omittitur canon 70. et 71. fed in vnum contrahitur 10. et 11. quemadmodum et 15. 16. at in duos dispescitur 38.
- r) Franciscus Turrianus, S. I. ad calcem conflitutionum apostolicarum latine versos et illustratos canones apostolorum vulgauit Antwerpiae 1578. fol. apud Christoph. Plantin. Nouam denique versionem adornauit Io. Baptista Cotelerius, qui in patribus apostolicis tom. 1. ad calcem constitutionum apostolicarum canones quoque nouo studio recensuit, atque graece cum interpretatione duplici, vetere Dionysii, nouaque

fun et notis edidit Paris. 1672. fol. In Amstelodamensi editione operis Coteleriani, Io. Clerico curante, Beueregii etiam adnotationes optimo instituto adiunctae sunt.

- s) Conf. Ittigii selecta capp. historiae eccles. p. 46. sqq. Harl.
- t) De Concordia Sacerdot, et Imperii tom, 1. p. 152. tom. 2. p. 237.
- masc. de orthodoxa side libr. IV. c. 18. et Ioseph. Aegyptius in sua arabica collect. canon. Conf. Douiat in praenot. libr. III. cap. 2. p. 659. sqq. copiose de illis disputantem. Harl.

lare") et Guil. Whistonus in libro anglice edito Lond. 1711. 8. essay on the apostolical-constitutions p. 83. sqq. ") Pleraque tamen, quae in illis canonibus continentur, optime congruere cum disciplina ecclesiastica secundi tertiique saeculi, non pauca etiam, quae a quarti iam saeculi scriptoribus et conciliis ipsis ad canonum ecclesiasticorum praescriptum nominatim provocantibus adseruntur, eodem modo et propemodum aurode et reperiri in his, non in aliis antiquioribus ecclesiasticis sanctionibus, abunde iam demonstratum est a viris eruditissimis, ")

lectione Pscudo-Indori ciusque fraude egerunt Io. Laur. Moshemius in institutt. hist. eccles. -Benedictum Leuitam, Magontinum, Capitularium libr. IV. Helmstad. 1755. 4. p. 32% fq. Bern. vas Espen in dist. in Opp. tom. VII. pag. 192. sqq. quam ex eius Opp. recudendam curauit Iof. Valent. Eybelius in collect. select. lucubratt. iurisprudent. ecclesiast. illustrant. distributione IL Viennae 1774. 8., praesertim Spittler. in Geschichte des kauon Rechts p. 191. vsque ad p. 284. historiam Isidori et Pseudo - Isidori persequitur; S. 56. p. 204. sqq. collectionem canon. istorum describit, summanque canonum synodal. et decretorum praesulum quorumdam roman, et additiones indicat, S. 60. p. 222, sqq. post Ballerinios recenset cod. Vatican, CCCLX. autiquissimum optimumque Pseudo-Isidori, denique de tempore, patriaque auctoris collectionis agit, decetque istum fuisse impostorem: p. 244. sqq. memorat Febronii (Hontheimi) in Opere de statu eccl. et legitima potestate papae, (vbi de damno, quod suppofitia Ifidori decretalia adtulerunt, multa praeclare protulit,) ed. Bullion. a. 1765. tom. I. 4. p. 643. prolatam suspicionem, falsa ista decretalia haud multo post a. 744. Romae este composita quam, tamen infirmam esse docet p. 256. not. et Grandidier. opinionem in histor. episcopat. Argentorat. ista recepta fuisse temporibus episcopi Rachionis, ab a. 783 - 815. sedem tenentis examinat; add. p. 256. contra p. 246. sqq. oftendit, Pseudo-Isidorum aute anu. \$29. haud facile posse collocari. Add. eiusd. observat. in hist. eccles. pag. 196. ed. I. Spittler. autem, postquam in Geschichte etc. p. 235. sq. ostendit, capitula Angilramni, (in Harzhemii coll. coucilior. tom. I. p. 249. fq. et in aliis quibusdam collection. concilior.) esse spuria, forsan opus impostoris ipsius Pseudo - Isidor. atque dubia videri capitula Remedii episcopi (in Goldasti Scriptt. rerum Alem. tom, IL part. II. p. 119-133. inscripta: Alamannicae ecclesiae veteris canones, ex pontificum epistolis excerpti a Remedio Curiensi episcopo iustu Karoli M. regis Francorum et Alamannorum,) quae collectio canonum nonvisi sit collectio excerptorum ex Pseudo-Isidoro, a Clemente vsque ad Vrbanum aliaque, de actate Pleudo - Indori constituenda, quae dubia falsaue essent, adtulit et examinauit; pag. priscis pontificibus tribuuntur, quas vero Riculfus archiepiscopus Moguntinus a bono illo Mer-

hand Iuperare a. 829. falsa Decretalia primum certoque excitari in epistola Caroli Calui ad epifc., a. 857. Carifiaci (Chierfy) congregatos, (Th Mansi coll. concil. tom. XV. col. 127. sq.) illa igitur Decretalia antea iam fuisse constata cognitaque, Benediaum diaconum, Mogunt. quum circa 845. tres libros supplementorum ad Ansegisi collectionem Capitularium edidisset, nondum nominasse falsa Decretalia, sed dedisse excerpta, neque tamen, vude sumța essent, significasse; Hincmarum autem, (de quo. v. Du Pin in Bibl. des auteurs ecclesiast. tom. VII. chap. 2-6.) in Opusc. cap. 24. scribentem, Riculsum, episcopum Moguntinum, librum epistolarum ab Isidoro collectarum et ex Hispania allatum obtinuisse ac vulgasse, et, (vti ait,) istas regiones ex illo fecisse repleri, errasse; contra ca Diaconum Benedictum illis decretalibus frequenter vsum, diserte scripsisse, se collegisse, "quae, (vt inquit in Baluzis Capitul. tom. I. p. 803.) in diuersis locis et in diuersis schedulis sicut in dinersis synodis et placitis generalibus edita erant, sparsim inuenimus, et maxime in sanstae Mogontiacensis metropolis scrinio a Riculso, eiusdem S. sedis metropolitanae episcopo recondita et demum ab Autcario secundo eius successore consanguinzo inuenta reperinus. " Ex his aliisque argumentis concludit vberiusque suspicionem suam ornare studuit, Spittler p. 252. Diaconum Benedictum qui primum falsas istas merces vendidisset, nisi ipsum illarum auctorem, saltem impostoris socium suisse. Ibid. p. 262. dubitat, Benedicum reperisse illa in scrinio ecclesiae, a Riculfo recondita. Conf. quoque Ballerin. fratr. de collect. etc. part. III. §. IV. de auctore et tempore collectionis p. 539. sqq. in Gallandii sylloge. Enimuero Spittleri sententiam oppugnauit D. Franc. Aut. Dürr, Prof. Mogunt. in dissertat. iuris ecclesiast. de Suffraganeis seu Vicariis generalibus in Pontificalibus episcoporum Germaniae, von den Weihbischöfen, Moguntiae 1782. 4. p. 4. fqq. In nota longa euincere studuit, falli Spittlerum, quod infegerrimum virum, Benedictum Leuitam in Pseudo Isidorum transformare velit; Benedichum Lenitam ecclesiae Mogumt. cirea a. 845. diaconum nihil prackitisse, · Vol. XII.

quam quod bona fide tres alios libros ex dinertis locis et schedis, maxime autem ex scriniis ecclefiae Metropol. Mog. collectos, Capitularibus Caroli M. et Ludonicii Pii ab Ansegiso, abbate, colligi coeptis addiderit; ceterum nec minimum concludens argumentum, quod vel a longe, (vt scribit Dürr,) Benedicum Leuitam suisse Pseudo-Isidorum comprobaret, pro audaci sua coniectura produzisse Spittlerum. Repetit igitur argumenta Spittleri, et singula copiose refellit, demon-Araudo, Benedichum Louitam, quod primus fuerit collectione Pseudo - Isidoriana vsus, nec impostorem dici posse, nec impostoris socium: saepissime enim viros arte critica, tunc temporis nondum exculta, destitutes, bona fide habere diplomata, per se falsa, pro genuinis, pietatem et integritatem Benedicti, ex procemio eius collectionis Capitularium, et exitu totius operis, (in Georgisch corp. iuris german. p. 1399. et 1798.) cognitam, non cadere in iniquissimum falsarium, illumque candide foutem, ex quo fuam collectionem hausit, indicasse, nec sciuisse, collecta ab Isidoro fuisse spuria, nec Isidorianam collectionem vinquam citasse, et post alia, contra Spittlerum dicta, rem ita potius esse capiendam adfirmat: ,, Richolfus, archiepiscop. Mogunt. referente Hincmaro Rhem. fuit sedulus collector constitutionum ecclesiast. et Capitularium regum Francorum; sollertiam huius archiepiscopi et bouam Adem fefellit infignis impostor, qui ipsi trausmisst collectionem Isidorianam: ne autem detegeretur falfarius, et imposturae locus esset, dictum fuit opus ex Hispania prouenisse: bona fide haec credidit Richolfus, et nihil falfi suspicatus deposuit non solum hoc palladium in scriniis ecclesiae metropol. Mog. sed et multis aliis Galliae episcopis huius operis beneuole communicauit; opere hoc in scriniis eccles. Mog. a Richolfo recondito vsus suit pariter bona side Benedictus Leuita in compilandis suis Capitularium libris, hisque excerpta ex epistolis pontificum in Indoriana collectione occurrentibus, quin tamen nomina pontificum allegauerit, inseruit." Hactenus Dürr, qui addit, antiquiss. illum codicem Capitularium regum Francor. Moguntinis esse

entore Hispano, (Blondellus Germano-Francum malit,) comparatas in hune terrarum orbem primus detulit. Disputatum valde est illo sacculo de autioritate istarum epistolarum, Gallicanis episcopis litem aduersus eas mouentibus, quod intelligerent, illas antiquis regulis este contrarias. Vicit tamen fortuna populi Romani. Itaque nihil frequentius post illa tempora insonuit in auribus Christianorum, quam istarum epistolarum autioritas et mentio, ita vt, qui deiuceps collectiones canonum et decretorum composuerunt, etiam istis epistolis vsi sint tamquam bonis mercibus, quamuis non omnes. Rhabanus enim, tamen etsi abbas Fuldensis esset in dioecess Moguntina, licet Moguntinus et ipse archiepiscopus suerit post Otgarium, adeoque Riculsi (a. 814. desuncti) successor, epistolis illis non vtebatur, vt reste observatum est ab Antonio Augustino. Ab hac, quam habemus Isidori Mercatoris collectione, quam noua Petri Coustant ") cura recensitam breui in secundo tomo epistolarum pontisicum habebinus, haud diuer-

furreptum, et dici, modo in bibliotheca Gothana *) adseruari, alias, si suppeteret adhuc, forsan se potuisse ampliore luce accensa, vmbras propellere; et suspicatur maiorem lucem in hisce tonebris dispellendis, quam primum Chiniac, cui multa Moguntia communicauit, in noua sua editione Capitularium, a Baluzio antea editorum, plurima adhuc inedita, Capitularia successiue publicanerit. De Benedicto Leuita, non de cod. cit. pauca scripsit Christ. Schlegel in epist. de cod. Willigifano, addita Cypriani cat. codd. MSSt. bibl. Gothanae, pag. 16. sq. ipsius autem cod. nunc LIV. Goth. in catal. a Cypriano pag. 13. recensentur 1) capitula regum Francor. ab Ansegiso collecta, 2) Capitularium libelli tres posteriores a Benedicto Leuita collecti, cum praesat. ct ver-Abus, quos suae edit. Baluzius praesixit, apud quem liber VII. habet 478. capitula; in cod. autem leguntur 511. etc. - De collect. ista decretalium Pseudo-Isidoriana, eius auctore et actate, camque esse supposititiam, variorum VV. DD. opiniones collegit, examinauit, et, cur fides illi fit abneganda, copiose demonstravit Io. Matthi. Schroeckh in: Christliche Kirchengeschichte, tom. XXII. period. III. libr. I. sect. IV. p. 7 - 35. Add. Mastricht. histor. iuris ecoles. nr. 91. et 220. sqq. ac Baluzii praesat. ad Ant. Augustimum de emendat. Gratiani, p. 204. sqq. in Gallandii sylloge, tom. II. Pertsch. in: Hist. des kanon. Rochts p. 130. et p. 159, qui plerasque variarum de huius collect. auctore sententiarum in compendio exhibet: Facks in: Biblioth. der Kirchenväter, tom. I. p. 285. fq. Harl.

*) Vbi hodie exkat: v. Tenzelii colloq. a. 2690, p. \$12. et Cyprian l. c. p. 17. not.

ss) Baluzius ibid.

tt) Primus tantum tomus, quantum conflat, ex prelo exiit, quamquam secundum et tertium tomum prelo fere paratum, ceteraque saltem inchoata ac descripta is reliquisse dicitur: v. Histoire litteraire de la Congregation de Saint-Maur. Bruxell. 1770. 4. Operis vero inferiptio hace est: Epistolae romanorum pontificum, et quae ad eos scriptae sunt, a Clemente I. vsque ad Innocentium III. quotquot reperiri potuerunt, seu nouae, seu duersis in locis sparsim editae, adiunctis fragmentis, spuriis segregatis, in vnum secundum ordinem temporum collectae, ad veterum codd. fidem recognitae et emendatae. praeuiis admonitionibus, vbi opus fuit, notis criticis et dissertatt. quae historiam, dogmata, disciplinam explicant, illustratae. Studio et labore Domni-Petri Coustant, presbyteri et monachi ord. S. Benedicti e congregatione S. Mauri. tom. I. ab anno Christi 67. ad an. 440. Paris. apud Ludou. Dionys. Delatour, Anton. Vrban. Coustelier et Petr. Simon 1721. fol. max. Hane edit. ipse Fabric. infra in fine huius vol. p. 760. sqq. vet. ed. vberius recensuerat, quam vt omnia huic notae commode inseri possent. paullo post iniiciam illam Fabr. notitiam. Id autem opus, mutationibus quibusdam factis, coepit curare recudendum, nec vero absoluit Schoenemann: duplicem autem praefixit inscriptionem, alteram generalem: Pontificum romanor. a S. Clemente 1. vsque ad S. Leonem M. epistolae genninae, et quae ad eas scriptae sunt, quotquot hactenus reperiri potuerunt: duobus voll, comprehensae. Ex recensione et cum notis Petri Coustantii et fratrum Ballerinorum. Curanit Carol.

diversa est, quam Hinemetrus Rhemensis memorans tom. II. opp. p. 793. sit, Isidorum Hispalensem episcopum collegisse epistolas romanae sedis episcoporum a S. Clemente vsque ad beatum Gregorium, licet cum illa Isidori Mercatoris sarragine habeantur superadditae epistolae etiam paparum inniorum, vt Papae Deusdedit, qui sedem romanam tenuit ab a. C. 616. ad 649. et Agathonis et Gregorii secundi tertiique, nec non Zachariae et denique Hadriani, qui suit ab a. 772. ad 795. Vt vero distinctius illa Isidori collectio cognoscatur, en tibi indicem epistolarum pontisseum, quas certissimis criticis censuris subiecit Dauid Blondellus, et euidentibus de ve Seia ac suppositione argumentis conuictas dedit in Pseudo-Isidoro suo, sine Turriano vapulante, Geneuae 1628. 4. ***)

	Rolae Clementis,	qui traditur	fuisse episcopus	Romae a.	C. 67 ad 76
101. III.	Anacleti	•			84 - 92
147. II.	Euaristi		•	•	95 - 108
159. III.	Alexandri		•	•	108 - 117
177. II.	Sixti I.				117 - 127
183. I.	Teles phori				127 - 138
189. H.	Hygini	•		•	138 - 150
194. IV.	Pii I.				150 - 153
201. I.	Anicets				154 - 154
205. II.	Soteris		-		162 - 171
209. I.	Eleutheris	•			171 - 185
215. IV.	Victoris	•		•	186 - 196
23 S. II.	Zephyf ni				198 - 217
252- II.	Callifi	,			317 - 222
-)			X a		Pag. 265.

Carol. Trangott Gottlob Schoenemann, et alteram specialem: Epistolarum Pontificum romaner. a S. Clemente I. vsque ad S. Leonem, Tomus I. continens epistolas a S. Clemente I. víque ad S. Xystum III. ex recensione Petri Couflantii, cum eiusdem admonitionibus et selecta annotatione. Curavit, aliorumque nonnullas et fuas animaduerif, addidit C. T. G. Schoenemann. Gottingae 1796. 8. Auxit quidem Schoenemann numerum epistolarum ponsif. infersis nonnullis, quibus Coustant aut omnino carebat, aut quae alio loco proposuerat; sed remonit plura, quae iple in pract. indicat, alli tamen defiderabunt: 1) adpendicem, adulterina scripta vel gesta, Pontificibus in hoc tomo recensitis false adtributa complexum; 2) subjects singulorum pontisicum epistolis Notitias epistolarum deperditarum, quae ad eos adtinent; 3) chronologicas disquisitiones, praesertim de tempore, quo vixerunt pontifices rom. substituit tamen earum loco bre-

vem nositiam; 4) duas Constantii diss. de dustoritate rom. pontificis et de antiquis canenum collectionibus, quas Gallandius in Sylloge saepe citata recudi secit. Praeterea Coust. criticas aliasque observatt. valde contraxit, et paucas Baluzii, Vallarsii, Merendae, Gallandii suasque adspersit. Alterum tomum, qui contineret Leonis epistolas ex recensione Ballerin, morte absuntus, edere non potuit. Harl.

mu) Conf. Spittler. Geschichte etc. p. 224. sqq.

— In bibl. Pistoriensi exstat cod. membr. Liber Isidori continens sententias canonum, ac, (vti ait Franc. Anton. Zacharia in bibl. Pistoriensi, Augustae Tauriu. 1752. fol. pag. 17.) supposititias illas decretales, quas Fleury in sua eccles. historia, ceu disciplinae ecclesmaticae pestem exsecratur, zelo (vti addit Zac.) haud satis secundum scientiam, vt docti viri ssimiles n. Zachar.] demonstrarunt. Harl.

231 - 235

235 - 236

286. III. Fabiani 236 - 250 308. V. Cornelii 251 - 252 321. I Lucii 252 - 255

32g. II. Stephani: . 255 - 257 342. IL. Sixti II. 257 - 258 .349. II. Dionyfii

259 - 269 353. III. Felicis 270 - 274 365. II. Eutychiani 275 - 283

377. I. Caii 283 - 296 385. II. Marcellink 296 - 304

393: II. Marcelli 308 - 310 403. W. Eusebik 3-10. April. ad Sept.

Melchiadis 422. E. 310 - 314 Decretum et epistola synodi Nicaenae ad Siluestrum pag. 439.

Pag. 434. Responsio Siluestri, qui episcopus romanus suit ab a. C. 314 ad 335.

436. Aegyptiorum ad Marcum.

438. Responsio *Marci* 336. Isnuer. ad Octobr.

443. Epistolae II. Iulii, qui episc. Romae fuit ab a. C. 337 - 352

452. Orientalium ad Iulium.

477. 485. Epistola XII. et XIII. Liberii 352 - 366·

482. Athanassi et Aegyptiorum episcoporum ad Liberium de oppressionibus Arianorum.

488. Liberii ad fratres presbyteros et coepiscopos orientales.

490. Aegyptiorum ad Felicem IL.

499. Epistolae duae Folicis II. 352 - 358

515. 549. Epistolae duae Damast ad Hieronymum.

\$16. 547. Hieronymi totidem ad Damasum 366 - 384

518. Africani concilii ad Damasum.

520. Damasi epistola IV. ad Afros, V. ad chorepiscopos, VII. ad episcopos Italiae, · VIII. ad Aurelium episcopum Carthaginensem.

544. 549. Aurelii episcopi epistolae duae, vna ad Damasum, et altera ad Donatianum.

350. Biondellus contendit Siricii (qui ab a. 385. ad 398. romanae ecclesiae praefuit). epistolam quartam ad Afros illi esse suppositam, quoniam tota propemodum adverbum descripta est ex epistola Innocentii I. (qui ab a. 402. ad 416. fuit) epistola fecunda ad Victricium episcopum Rothomagensem.

557. Epistolae duae Anastasii.

398 - 4ar 562. Innocentii I. epistolas licet suspectas Erasmo, tamen genuinas esse disputat Blondellus praeter illam ad Iulianam, nobilem feminam, et trigefimam ad Arcadium.

Pag. 563.

Pag. 563. Epistola tertia ad orientales, Sixti III.	432 ad 440
567. Epistola LXXXVIII. et XCVI. Leonis 1.	440 - 461
569. Epistola III. IV. et VIII. Symmacho, (qui ab a. 498. ad 514. gessit) praeter rem tributas, Ennodii esse Blondellus annotat.	episcopatum rom.
570. Epistolae duae Ioannis I.	523 - 526
578. totidem Felicis IV.	526 - 530
589. ad Eulalium Alexandrinum, epistola Bonifacii II.	530 - 532
593. Eulalii exemplar precum et Iustiniani principis.	730 3734
596. Epistola Ioannis II.	#10 - #0#\
598. Epistola quinta Agapeti	532 - 535,
[P] 603. 606. duae epistolae Siluerii, qui papa fuit ab a. C.	535 - 536
605. Amatoris episcopi ad Siluerium.	536 - 537
609. Epistola Pelagii I.	1 7.6
613. Epistola Ioannis III.	556 - 56r
	561 - 574
619. Epistola Benedicti I.	575 - 579
623. Epistola I. H. VIII. et IX. Pelagii II.	579 - 590
647. Privilegium, Medardi monasterio a Gragorio M. si Diis placet,	coilatum.
664. Felicie Siciliae episcopi ad Gregorium 668. Gregorii lib. XII. epist. 32. ad Felicem Messauensem episc.	590 - 60E
669. Epistola papae Deusdedit	616 - 619

Haec Isidori Mercatoris, de qua hactenus dixi, collectio ***) tomis conciliorum inserta quidem suit iam a sac. Merlino Paris. 1524. atque deinde ab aliis: sed neutiquam itat distincta et separata in illis exstat, vt vel ordo eius intelligi vel, quid ab ipso sit, agnosci possit: rarissime etiam obuiae sunt veterum pontificum ante concilium Nicaenum epistolae a so. Wendelsino ***) Col. an. 1525. vulgatae. Igitur operae esset pretium separatim illam edi recenserique ex side MStorum codicum, in quibus eximius locus debetur codici Lansanci Cantabrigiensi, ***) de quo Matthaeus Larroquanus in epistola, quam Basnagius Bel-X 3

ax) In cod. lat. bibl. Marc. Venet. CLXVIII. funt Ifidori Mercatoris canonum collectio, et Capitula, quae ex gr. et lat. canonibus etc. collecta funt et Ingilramo Mediomatricae vrbis epifcopo Romae a b. Hadriano papa tradita. In edit. Concil. Veneta tom. VIII. pag. 597. a. cat. MSS. lat. bibl. Marc. pag. 9r. Harl.

yy) De cuius opere post haec in nota quadam plura adferam. Harl.

zz) De cod. Cantabrig. v. quoque Ballerin, part. III. cap. 8. p. 564. in Gallandii Sylloge etc. fqq. Cantabrigiensi tamen codici anteserendos esse stanunt illi cod. Vatic. DCXXX. Psoudo-Isi-

dori aetati subparem, aliosque ssidorianos tumantiquos tum recentiores cum exemplo Vatica conspirantes. Tum recenset duo codd. Vatican. MCCCXXXXIII. et MCCCXXXXIV. et prioris praecipuos sontes suisse collectiones Hadrianam, additionum Dionysii et ssidorianam, et quasnam pontificum epistolas adserant, copiose demonstrat. Cod. posterior partem amplioris collectionis praesert, inchoantem a numero CXXXII. Haec autem pars totam ssidorianam collectioneta exhibet a siluerio vsque ad S. Gregorium, Hadriani capitula et excerpt. ex concilio Chalcedonensi. Plura vero addit aliunde recepta, et hic illic intermixta, quae curatius notarunt Bal-

louallius edidit: ") L'edition que Merlin nous donna de la collection d'Isidore Mercator ou Peecator, vers le milieu du siecle passé, m'avoit toujours paru bien defectueuse, et sur tout en ce, qu'on n'y peut souvent distinguer entre ce qui est de lui, ou d'Isidore, et non pas même l'ordre dans lequel l'Auteur avoit rangé ces Decretales des Papes, lesquelles ont tout l'air d'être de son invention, aussi bien que le témoignage d'Atticus Archeveque de Constantinople touchant la mapiere d'écrire ces lettres qu' on appelloit formatae, et dont on ne voit point d'exemple dans toute l'antiquité avant le temps où Isadore sleurissoit. Comme je pensois frequeniment à cela en visitant les Bibliotheques où il y a des Manuscrits, Mr. Laughton, Bibliothecaire de l'Université. homme de beaucoup d'erudition, et à qui je suis infiniment redevable, m'ayant parlé d'un MS. où l'on trouvoit des Decretales, me fit aussi tôt naître la pensée que c'estoit la collection dont il s'agit. A peine l'eus je veuë, que je reconnus ce que je therthois, et avec d'autant plus de joue. que le MS. me paroissoit très-beau, et de 600. ans, comme je l'ay sû depuis aves certitude par ces paroles qui sont à la fin: Ego Lanfrancus Cantuariensis archiepiscopus [P] dato precio emi hunc librum. Car Lanfranc n'ayant efté élevé à l'Archeveché de Cantorbery que l'an 1072. comme je l'ay lu dans une ancienne Chronique MS. qui est au College de la Trinité à Cambrige, il faut necessairement que ce MS. soit du moins de l'âge dont je l'ay marqué. Après l'avoir bien regardé. enfin j'en fis la lecture toute entiere dans l'espace de neuf on dix jours. D'abord on n'y voit point cette Préface qu'on attribuë à Isidore, non plus que la maniere de convoquer les Conciles. et qui porte son nom dons toutes les editions des Conciles, si ma mémoire ne me trompe. Le MS: commence par trois Epitres de S. Clement, contre ce qu'on voit dans tous les exemplaires imprimez, où il y en a cinq: ce que j'ay austi remarqué dans un MS. de l'Université de Cambrige, mois plus moderne que le nôtre. Tout le reste des Decretales differe si souvent de l'Edition de Merlin, qu'à peine en les confrontant peut-on reconnoître Isidore. Elles sont dans l'imprimé d'ordinaire du quart ou de la moitié plus amples que dans le MS. Ce qui vient sans doute de ce que ces fortes de Livres estant copiez dans des Convens par des Moines, chacun d'eux y ajoutoit à sa fantaisse. Car je n'ay garde d'accuser Merlin, qui m'a paru d'assez bonne foy dans son edition, laquelle a sans doute esté faite sur quelques-uns de ces MS. plus récens qui ont esté gatez par des copistes temeraires. Pour l'ordre dans lequet Merlin les a rangeet; il me paroit être de luy; car dans ce MS. plus moderne dont j'ay parlé, elles ne s'accordent pas plus avec luy sur ce sujet qu' avec celuy de Lanfranc. La collection des Decretales finit à celle de Gregoire le Ieune. Ensuite viennent les canons des Apôtres, et puis les Conciles, suivant l'ordre où Merlin les a rangez; mais avec cette difference, que les Capitula ou Sommaires des cauons sont presque toujours tout autres que ceux de l'imprimé, et que d'ailleurs :

lerini, et ex cod. Vatic. MCCCXXXXIII. subiunxerunt Gregorii M. epistolam ad Augustinum, cums duplex in vulgatis forma est; altera, quae legitur in edit. Opp. S. Gregorii, libr. IL. ep. 64. ed Maurinae, altera a Beda inserta est libr. I. hist. Auglor. c. 27. Tortia autem forma reperta est in cod. Vatic. qui non folum procemium epistolae, quod in omnibus desideratur libris yulgatis, (quod tamen illi repererunt quoque in cod. Vat.

MCCCXXXXIV. et in Patauino 159. canonicor. Lateranens. S. Ioannis in Viridario,) praesert; sed ipsium quoque epistolae corpus alia omnino ratione alioque ordine exhibet; nec leue esse discriment ipsius epistolae un memorato cod. Vat. MCCCXXXXIII, mutilo tamen in fine, oftendunt Baller. Harl.

a) Histoire des Ouvrages des Savans a. 1688. Ianvier p. 51.

leurs les canons, qui sont quelquesois miserablement consondus dans Merlin, et méme dans le Pere Labbe, se trouvent icy dans un fort bel ordre. La lettre d'Aurelius et de Mizonius au Concile de Carthage, et qui n'est point dans Merlin, s'y trouve, mais e'est à la tête du premier Concile de Carthage, et non pas au troisième, comme la met le Pere Labbe contre toutes les regles, puis que ce premier Concile ne s'assembla que pour constrmer les decrets de celuy d'Hippone, comme il paroît par la lettre dont j'ay parlé cy-devant. Au reste ce Concile dont Mertin ne sait nulle mention, est non seulement cité dans la lettre d'Aurelius et de Mizonius, mais aussi dans le MS. de Cambrige au 45. Can. du III. Concile de Carthage; lequel canon ne se trouve point dans Merlin, mais bien dans l'Edition du Pere Labbe, et qui est le 46. Can. en ces termes: Honoratus et Vibanus dixerunt. Et illud nobis verbo mandatum est, vt quia constitutum est [V] IN CONCILIO HYPPONENSI singulas debere provincias, etc. Ces paroles, in concilio Hypponensi, ne sont point dans les editions de Paris, bien que ces termes soient sort considerables, puisqu' ils servent de consirmation à la lettre qui je vous ay déjà citée plusieurs sais. Je n'aurois jamais sait, Monsieur, si je vous rapportois toutes les autres différences qui se trouvent dans ce Manuscrit.

Epistolarum ipsarum auctoritatem et fidem, quae ante Caroli M. tempora vix euiquam auditae, et nec Gratiano ipsi omnes ita probatae suisse videntur, multis et solidis argumentis oppugnarunt Magdeburgenses Centuria secunda capite 7. p. 109 - 116. addito testimonio Kalteisenii monachi, qui ante ducentos et quinquaginta annos inquisitorem haereticae prauitatis egit, nec dubitauit, diserte profitori, in epistosis hisce penitus fundare se, volentes romanam sedem omni laude dignissimam plus, quam expedit, exaltare, cum tamen omnino non videantur illorum sanctorum epistolae, consideratis contentis in iis. Aliis virorum doctorum ex ipsa romana ecclesia epistolas illas reiicientium suffragiis collectis a b. D. Gerhardo in Confessione Catholica tom. I. p. 430-476. longe plures ab eo tempore possunt adiungi, quem nemo fere sit amplius inter eruditiores, quin epistolas illas a paparum parasitis confictas atque ipsorum tuendis vsurpationibus inter Christianos iactatas sateatur. Vide fis etiam Io. Rainoldi colloquium cum Hardto p. 813. sq. Blondellum Prolegom, ad Pseudo-Isidor, cap. vlt. b. D. Ittigii diss. de patribus apostolicis pag. 116. 119, etc. Praecipue lectu digna sunt, quae hanc in rem notavit Claudius Fleury, disertissimus Historiae ceclesiasticae scriptor, in diss, praemissa tomo decimo sexto, qua rationes exaggeratae vltra veterem morem pontificiae potestatis atque immutatae notabiliter saeculo vndecimo disciplinae ecclesiasticae inquirit, eiusque caussas in has epistolas magnam partem reiicit. Quaecunque igitur pro fide epistolis illis concilianda vel Franc. Turrianus S. I. in libris quinque aduersus Magdeburgenses pro canonibus apostolorum et epistolis decretalibus pontificum apostolicorum, Colon. 1573. 4. vel Bonauentura Maluafia Bononiensis, Franciscani ordinis theologus in Apologetico b) pro pontificum epistolis, vel cardinalis Aguirre in adparatu ad concilia Hispanica diff. IV. tom, I. p. 69. sq. disputarunt, neutiquam ita comparata sunt, vt. Centuriatorum Magdeburgensium eorumque hyperaspistae hac in caussa sortissimi Blondelli argumentis satisfacient. [Add. Spittler. l. c. p. 254. sqq. 258. sqq.]

Inter

b) Namojus veritatis Dau. Blondello missus. Rom. 1635. 8.

Inter eos, qui epistolis decretalibus pontificum post Caroli M. tempora [P] vsi sunt, vt ex illis atque ex canonibus conciliorum corpus quoddam disciplinae ecclesiasticae concinnarent, celeberrimus facile fuit Gratianus, qui circa a. C. 1151. scripsit. De hoc et illis dicturus fum infra, vbi latinas canonum collectiones ordine temporum persequar. Nunc V. collectiones veteres decretalium epistolarum referre inuat, quae post Gratianum concinnatae, atque a Car. Labbeo Parif, 1610. fol. ad editionem Herdensem 1576. fol. in lucem editae cum doctis Ant. Augustini notis sunt. () Eius potissimum verbis notitiam illarum collectionum hoc loco dare opportunum instituto meo existimani: Primus post Gratiani collectionem Bernh. Circa fuit, Papienfis praepositus, d) mox Fauentinus episcopus, qui sub sisdem fere titulis, quibus Gregoriana collectio, qua hodis vtimur, constat, Pontificum Maximorum epistolas decretales collegit, quarum postremae sunt Alexandri tertii et Lucii tertii, et aliorum ad Coelestinum tertium, cuius nullum rescriptum exstat in hoc volumine. Hanc primam compilationem Henr. Oftienfis, et Io. Andreae filius, et Aegidius Bellamera adpellant, ipse Breniarium Extrauagantium: qui scholia scripserunt, librum primum vocant. Sic etiam ceteras collectiones alii compilationem secundam, tertiam, quartam, quintam: alii librum secundum, tertium, quartum, quintum adpellauerunt. Idem Bernardus sub eisdem titulis funmam seripsise dicitur, cuius mitium fuit: Prosectus discipuli, gloria magistri: item scholia, fiue glossulas eidem primae collectioni adscriptas nos vidinus aliquot fine nomine scriptas, sed multo plures adscriptis nominibus Vincentii, Alani, Tancredi, Laurentii, Rogerii et aliorum. Bernardo antiquiores a Gullielmo Durante, cognomine Speculatore, et ab eius interprete Io. Andreae F. fuisse dicuntur Rusinus, Sylvester, Io. Hispanus, et alter Io. Faleusis, sive Fanensis, siue Fauentinus, vt alii referunt; quorum nos scripta non vidimus. Hi fortasse aut corpore canonum vsi sunt, aut Decretorum collectionibus Burchardi, Iuonis, Anselmi et Gratiani, et aliorum scriptorum.

Papiensem Bernardum imitatus est Gilbertus, atque etiam Alanus, sed nomen his praeripuit Io. Gallensis, siue Vallensis, cuius liber secunda compilatio dista est. Hic Volterris natus post duodecim annos a prima collestione eorumdem pontissum rescripta collegit, itemque Caelestini tertii, eisdemque mox addidit scholia quaedam. Sed et Hugo Ferrariensis episcopus ab Innocentio tertio saspe relatus, et Bernardus maior Compostellanus archidiaconns huius

- c) De editt. quatuor collection. v. Schott. ad Douiati praenott. cit. II. p. 218. sq. Hari.
- a) Bernh. Circam primo paullo ante an. 1190. (Boehmer. eius collect. post an. 1191. collocat.) ac postea Fauentinum, episcopum, Decretales, suac praesertim aetatis pontificum epistolas, in libros V. sub certis titulis, ordinem fere codicis sequutum, apte digestas, in vnum volumen collegisse, tradidit Douist. quoque in Praenott. canon. tom. H. lib. IV. cap. 16. pag. 211. sqq. ed. Schotti; hic vero in not. primum laudat Iust. Hen. Boshmeri diss. de decretalium pontificum

rom. variis collect. et fortuna; praem. Corpori iur. can. tom. II. §. XII-XIV. tum ex Boehmero l. c. §. XIII. Bernh. Circae opus antecessisse, docet duas collection. Decretalium intra tempus Gratiani Decreti et Gregorianae compilationis; primam in LXV. titulos inordinate congestam, ex cod. bibl. Hasso-Casselanae vulgatum a Boehmero in Adpend. ad tom. II. Corporis citati, et alteram ab Harduino, Concil. tom. VI. part. II. p. 1694. in not. 4. laudat de collect. Circae I. Chr. Kochii, prolus. de Breuiario Extrauagantium Bern. Circae, in opusc. iuris canonici, rec. in Rieggeri bibl. iuris canon. part. I. p. 62. Harl.

huius collectionis interpretes fuerunt. Nos corundem scholia vidimus, quorum nomina supra scripsimus, Vincentii, inquam, Tancredi, Alani, Laurentii, et aliorum, non pauca etiam sine nomine, quae eiusdem Ioannis suisse putamus.

[P] Tertiam collectionem cosperat idem Bernardus Compostellanus ex registris Innocentii tertii, eaque aliquando Romana compilatio dista est. Sed offensi Romani, quod usu indiciorum minus recepta referret, ab eodem Innocentio impetrarunt, ut pontisicia antioritate aliqua collectio ederetur. Cui rei Petrus Beneuentanus notarius praesestus est, anno XII.') eius dem pontisicis. Tum primum publica autioritate sasta collectio iuris pontisicii est: nam superiores omnes siue Decretorum, siue Decretalium collectores privata autioritate scripferunt: et rescripta ab eis relata negari poterant, nisi ab scriniariis Romanae ecclesiae comprobarentur. Fuit huius collectionis interpres, ut so. Andreae F. refert, Paulus Hungarus: nos eadem nomina in scholiis vidimus, quae in aliis collectionibus. [Conf. so. Christph. Kochii comment. de Innocentii III. P. R. collectione Decretalium prima, in eius Opuscul. iur. canon. nr. II. vbi etiam de cod. bibl. acad. Giessensi agit. Harl.]

Quartae collectioni caussam praebuit concilium generale Lateraneuse, in quo idem pontifex capita LXXI. edidit, sed et illo quinquennii spatio post tertiam collectionem aliquot ediderat constitutiones. Ita duplex editio exstat, altera canones eius tantum concilii continet, altera alias quoque constitutiones. Eius interpres Vincentius suisse dicitur: ego loannem, et Iacobum, et Robertum sue Rogerium legi.

Quinta collectio Honorii tertii constitutiones habet a Tancredo, Bononiensi archidiacono collectias, sub ipsius pont. max. nomine. Eius interpres suit Iacobus Albanus, Fanentinus episcopus, Henrici Ostiensis praeceptor. Hanc quintam collectionsm, quam reperire
Anton. Augustinus nusquam potuit, luci deinde dedit Innocentius Ciron, cancellarius
Tolosanse academise, Tolosae 1645. sol. Fabr. De quinque hisce compilationibus cons.
etiam Douiat. Praenott. canon. tom. II. p. 212. sqq. ibique notas Schotti. Ille §. 4. p. 213.
inquirit in caussam; cur auctor primae collection. eam vocarit Breuiarium Extrauagantium;
pag. 219. laudat Schottus Ios. Ant. a Riegger diss. de V. collectione, in eius Opusc. pag.
221. Harl.

Praeter epistolas pontificum in iam memoratis obuias collectionibus, aut a Binio in Conciliorum tomis, atque inde ab aliis saepius vulgatas, et in tertia classe sanctionum ecclesiasticatum Franc. Iouerii, Valentini, Paris. 1555. sol. exhibitas: memorandae etiam epistolae pontificum quas in Annalibus suis passim referunt Baronius, Bzouius, Raynaldus: f) singulorum etiam nonnullae, quae separatis voluminibus prodiere, vt

Leonis

e) Anno Christi 1209.

f) In opere inscripto: Canones apostolorum,
veterum conciliorum constitutiones: decreta pontificum antiquiora de primatu romanae ecclesiae:

Vol. XII.

ex tribus vetustiss. exemplaribus transcripta omnia, quorum catalogum proxima pagina indicat, Moguntiae an. 1525. mense Aprili, fol. in aedib. Io. Schoefferi: (editore Io. Vuendelstino, cuius prae-

Leonis magni epistolae, qui episcopus rom. fuit ab a. C. 440. ad 461. saepius editae inter eius opera, atque nouissime eruditis Paschasii Quesnelli observationibus illustratae Paris. 1675. 4. et Lugd. 1700. fol. Fabr. De épistolis et decretis Leonis I. v. Douiat. ibique Schott.

fatio scripta est Francof, ad Moen. VI. id. Jan. 1525.) insunt epistolae pontific decretales 1) XV. Syricii; 2) LVII. Innocentii; 3) IV. Zosimi; 4) IV. Bonifacii I. 5) XXII. Caelestini I. 6) XLIX. Leonis I. 7) VI. Hilarii; 8) II. Simplicii; 9) II. Felicis; 10) XXVIII. Gelasii I. 11) VIII. Anastasii II. 12) V. item VIII. Symmachi; 13) IV. Hormisdae; et 14) XVII. Gregorii II. — Epistolae antiquissimae ac sacris institutionibus plenae, Clementis, Anacleti et Eugristi, rom. pontt. Dionyfii item Areopagitae et Ignatii Autiocheni episcopi, martyrum Christi: Clementis epist. V. Anacleti III. Euaristi II. Dionysii I. 1526. Coloniae, in 4. editore Io. Cochlaeo, cuius epist. nuncupatoria scripta est Mogunt. III. Cal. Iun. eiusd. anni. - Epittolae augustales antiquae, de rebus fidei generalisque concilii (Chalcedonensis) Theodosii Aug. III. Valentiniani Aug. I. Martiani Aug. I. item Gallae Placidiae Aug. II. Aeliae Pulcheriae Aug. II. Liciniae Eudoxiae Aug. I. Valentiniani et Marciani Augg. Epp. VII. Leonis papae epp. ad dinerfos VII. Hilarii diaconi ecc. ro. epistola I. ad Pulcheriam. Conclusio concilii Chalcedonensis per episcopos DC. et XXX. edictum imperiale pro eiusdem concilii confirmatione. Colon. 1526. 4. Io. Cochlacus edidit et epist. nuncupatoriam scripsit Spirae V. Kal. Iul. eiusd anni. - Epistolae decretales veterum pontificum romanor, longe ante Nicenum concilium promulgatae, a sctis martyribus Christi, sacuiente adhuc imperatorum persecutione. Fabiani epp. III. Cornelii epp. II. Stephani I. epp. II. Sixti II. epp. II. fine l. et a. 4. Ivan. autem Vuendelstinus, qui illas epp. ex cod. Bern. Gesecken, canonici, vetusto conciliorum et decretorum exscripsit, epistolam nuncupat, exarauit Francofurt. IV. id. April. a. 1526. — Epistola moderni papae, Alexandri VII. ad vener. fratres, patriarchas, episcopos, clerum, religiosos viros et omnes Christi sideles ecclesiae catholicae, (data d. 20. Sept. MDCLV.) nunc recusa. In fine: Romae ex typographia reu. Camerae apostol. M. DC. LV. 4. 1. plag. - Ballerin. fratres libr. IV. de ant. collect. etc. part. IV. cap. 14. in Gallandii sylloge l. pag. 652. sqq. ex

collectione cardinalis Deusdedit in MSt. Vatic. 3833. ediderunt fragmenta epistolarum Gelasii I. Pelagii II. duas epistolas Honorii I. ac Gregorii, et adnotaut p. 656. duo fragmm. ex epistolis Ioannis VIII. pontificis ad Angelbertam imperatricem et Ludouicum imperatorem, litterasque eiusdem pontificis ad Annonem, epifc. Frifingensem, ex MS. Colbertino 2576. vulgatas esse a Baluzio lib. V. miscellaneor. p. 489. et 490. — Affemann. in bibl. iuris etc. I. p. 306. fqq. 320. quasdam in caussa Photiana edidit pontificum epp. atque illustrauit. — Spittler I. c. p. 241. fq. epistolas duas Gregorii IV. a. 895. (in Mansi concil. tom. XIV. col. 513 sqq. et 519.) adducit, at supposititias esse iudicat, ac de posseriore dissentit ab Horixii sententia, in Concord, nat. germ. illustr. tom. II. p. 156. sq. lata. — Venetiis in bibl. S. Marc. cod lat. CLXIX. conciliorum, epistolarum, decretorum pontificalium collectio, a Sixto III. ad Eugenium Longum praecipuarum rerum catalogum dedit confector catal. MSS. latin. illius bibliothecae, p. 91. sqq. - ib. p. 95. in codd. CLXXI. seq. Epp. 243. diuersorum pontific. et imperatt. - Vindobonnae in bibl. caesar. codd. Decretalia Gregorii IX. et Bonifacii VIII. cum glossis Bernardi Pauiens. - Decret. Gratiani et collectio canonum Burcardi Wormat. v. Lambec. I. p. 772. B. - Ibid. in cod. LXXVII. nr. 4. Cyrilli epist, ad Coelestinum I. et Coelestini, pontificis rom. epistolac. v. Lambec. III. p. 382. fq. Kollar, et Lambec, citat Concilior, generalium edit gr. latin. Vaticanam, a. 1608. fol. tom. I. p. 270. et 273-290. — In eodem cod. LXXVII. nr. 56. (nr. autem 57. concilii Chalcedonensis relatio ad Marcianum imp, de hac Leonis epistola;) et in cod. KLV. nr. 34. Leonis I. papae epistola dogmatica ad Flauianum archiepisc. s. patriarcham CPolit. contra Eutychem haeresiarcham, et nr. 59. cod. LXXVII. Leonis I. pontif. romani epistola ad Leonem I. imp. v. Lambec. III. p. 395. sqq. (vbi citatur a Lambec. Concil. generalium edit. gr. lat. Vatic. tom. II. p. 204.) et vol, VIII. p. 923. sq. vbi prouocatur ad edit. Concilior. Paris. Labbeanae tom. IV. col. 343. Iqq. et 358. Harl.

Schott. in Preenott. can. tom, I. p. 464. fqq. 611. etc. (idem ib. p. 309. fq. explicat vim voc. Decretales, et Schott citat in nota 3. Phil. Bonamici Tract. de claris epistolar, pontificiarum scriptorr. Romae 1753. 8, et cap. XXII. libri II. p. 401, sqq. vsque ad cap. XLIII. recenset pontis. rom. eorumque epistolas et decreta.) Tum de epistolis CLXXIII. Leonis I. huiusque vita fusius disputauit Schoenemann in bibl, histor, litterar, patrum latin. tom. II. p. 861. fqq. in primis p. 873. fqq. p. 880. fqq. de epistolar. edd. (quas omnes commemorare non vacat,) p. 888. sqq. de ed. Quesnelli p. 920. sqq. et p. 927. sq. cui additae funt edd. recentiores: Lutetiae Parif. 1677. 4. Leonis papae epistolae quaedam et aliorum ad eumdem, antehac fere omnes ineditae, e cod. MSt. regio depromtae a Io. Bapt. Cotelerio, in Monumentis ecclesiae graecae, tom. I. p. 50-65. — Romae typis Michaelis ad Ripam, S. Leonis epistolae decretales, in Collect. ampliss. Bullarum pontific. rom. ed. Carolo Coquelines, tom. I. p. 25-27. — Venetiis ap. Augustin. Sauioli: S. Leonis Opp. omnia, ad MSS. codd. fidem emendata. Acced. opera Maximi Taurinenfis, 1741. fol. Est reuera repetitio ed. Quesnell. — Venet. ap. Andr. Poletti, (hoc eodem curiante,) S. Leonis Opp. — acced. codex canonum ecclesiae rom. — et sermones et homiliae S. Maximi, epilcopi Taurenensis tom. II. 1748. fol. Est expurgata seu mutilata Quesnelli editio. — Romae ap. Iofeph. Collini, Leonis M. opp. omnia, ad MSSt. codd. emendata, nouis monumentis auch, notis et observatt. adornata studio F. Petri Thom. Cacciari, II. tom. 1753-55. fol. Praeter alia quatuor epp. plane nouas adiecit superioribus: in Quesnellum saepe stringit gladium. - Locupletissima tamen optimaque editio r prodiit Venetiis ap. Simon. Occhi: S. Leonis opp. post Paschasii Quesnelli recensionem ad complures et praestantissimos MSSt. codd. ab illo non consultos exacta, emendata, et ineditis aucta: praefationibus, adnotationibus et admonitionibus illustrata. Adduntur etiam quaecunque în Quesnelliana edit, inueniuntur, caque ad crisin reuocantur: curantibus Petro et Hieronymo fratribus Balleriniis, presbyteris Veronensibus. 1755-57. III. tom. fol. tom. I, continet Sermonés et Epistolas cum suis adpendicibus: tom. II. subiiciuntur diss. XI. Quesnellii in Leonis opp. eiusque notae in Epistolas, criticis obst. adpostis: tom. III. exhibet vetusiss. codicem canonum ecclesiasticorum et constitutionum fedis apostolicae, cum Quesnelli dissertatt, in eumdem, ad criticen reuocatis; praemittitur tractatus de antiquis tum editis tum ineditis collectionibus et collectoribus ad Gratianum víque, (a Gallandio in syllogen etc. saepius landatam receptus.) Hane edit. copiole recensuit atque praedicauit et quid ab illis praestitum sit in Epistolis, ostendit Schoenemann p. 947. sqq. p. 950. Additae sunt huic editioni tres nouae Leonis epp. ex cod. Ratisbonenfi, vna gracca Anatolii CPol. epifcopi; item epp. aliquot graecae interpretationis antiquae ex cod, Vatic. tum ex cod. Veneto S. Marci integra actio concilii Chalcedon, in gratiam epistolae XCIII. Leonis habita, et alia actio eiusd. concilii in causta Domni Antiocheni ex cod. Vatic. et alia. — Idem Schoenem. p. 961. sqq. multus est de codd. MSS. in quibus Leonis Sermones et epp. aliaque adservantur. Conf. etiam illius editionis Ballerin, recensionem in Io. Aug. Ernesti bibliotheca theolog, germanice scripta, tom. IV. fasc. 7. a. 1763. p. 549-614. — Leonis vita, epistolae et decreta in Io. Dominici Manfi noua et ampliss. conciliorum collect. tom. V. col. 1203-1430. tom. VI. col. 1-432. (v. Schoenemann p. 956. sqq.) — Leonis epistola contra Eutychen de vera incarnatione Domini

Domini ad Flaujanum, episc. CPolit. e recensione Ballerinorum, cum V. L. notis et admonitione historica (Henr. Phil. Conr. Hencke.) progr. Helmstadii 1780. 4. — Leonis I. epistolae XII. ad Galliae episcopos, et epistola ad Flaujanum (dogmatica XXVIII.) vna ad Rauennium missa, cum notis, observatt. et adnotatt. denno illustratae a Monachia Congregat. S. Mauri, in collect. conciliorum Galliae, tom. I. p. 442-568. — Leonis M. epistolae et aliorum ad Leonem; item Hilarii II. papae, III. epistolae, Venet. in bibl. D. Marc. cod. lat. CLXX. v. cat. codd. latin. illius bibl. p. 95. Harl.

Epistola dognatica ad Flauianum⁸) CPol. episcopum, et altera^h) ad Leonem imp. graece et latine vulgatae a Gerh. Vossio ad calcem Gregorii Thaumaturgi, Mogunt. 1604. 4. [v. etiam in nota antee. de codd. Vindobon. *Harl.*]

Gregorii I. (papae ab a. 590. ad 604.) epistolarum libri XII. saepius inter eius opera editi, et nouissime Paris. 1705, fol. [Conf. Douiat. Praenott. can. tom. I. libr. II. c. 32. p. 483. sqq. — Fabricii nostri bibl. med. et insimae latinit. tom. III. p. 83. sqq. ed. Mausi, et Io. Ge. Arn. Oelrichs commentar. de scriptorr. ecclesiae lat. priorum VI. saeculor. edit. A. H. L. Heeren. Lips. 1791. 8. p. 384. sqq. Epistola ad episc. Taurominitan. in cod. bibl. Malatest. Caesenatis. v. Muecioli cat. illius bibl. p. 23. Harl.]

[F] Pauli I. (papae ab a. 757. ad 767.) epistolae XXXI. in Francisci du Chesne tom. 3. scriptorum Francicorum p. 725-760.

Epistolae sedecim Nicolai I. qui ab a. C. 858. ad 867. pontificatum gessit, editae Romae an. 1542. sol. longe plures deinde euoluit Baronius, ac Binius in Conciliorum tomis et post eum alii, [nouissime Coleti in concil. collect. Veneta, tom. X. et Mansi in Supplementation. tom. I. p. 965. et in collect. concil. amplist. tom. XVI. Harl.] Add. Alexandri III. epistolas, a Sirmondo editas, in tomo III. huius opp. obuias. [conf. Fabr. Bibl. med. et inf. latin. tom. V. p. 100. sq. ed. Mansi. Harl.]

Sylnestri II. (papae ab a. 999. ad 1003.) epistolae CLIX. cum decreto electionis editae e bibliotheca Papyrii Massoni ICti, Parisiis 1611. 4.

Innocentii III. (papae ab a. C. 1198. ad 1216.) epistolas libris XVI. digestas, insignem rerum ecclesiasticarum et ciuilium illa aetate cognoscendarum thesaurum vulgauit Steph. Baluzius Paris. 1682. fol. duobus voluminibus, post longe impersectiores collectiores Guil. Sirleti Rom. 1543. Coloniensem 1576. fol. vel Pauli du May 1) Paris. 1625. 8. et Francisci Bosqueti Tolos. 1635. fol. Antonii Dandini Alteserrae commentar. in Innocentii III. Decretales. Paris. 1666. fol. Fabr. Add. infra in indice Conciliorum ed. Labbei etc. 2, 1198.

g) Graeca versio incipit: ἀναγγόντες τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης τῆς οῆς. [in cod. Vindob. caes. LXXVII. nr. 65. v. Lambec. III. p. 395. Koll. et in cod. XLV. nr. 34. v. Lambec. VIII. p. 923. sq. Harl.]

h) Gracca versio incipit: ὑποσχόμονον έμαυτον διαμέμνημας. [in eod. Vindob. caes. LXXVII. nr. 59. v. Lambec. III. p. 397. — ib. in cod. LVI.

nr. 5. v. Lambec. VIII. p. 1029. vbi adnotat Kollar. exstare illam epist. latine in ed. Leonis opp. Veneta 1748. fol. prelo Andr. Poletti excusa, tom. I. p. 222. omissam vero esse in Mansiana collect. quoniam, scripta a. 458. non pertineat ad concil. Chalcedon. Harl.

i) Vide Menagiana tom. 3. p. 326. seq.

a. 1198. Inscr. edit. Baluz. haec est: Epistolarum Innocentii III. romani pontificis sibri vndecim; Acced. Gesta eiusdem Innocentii (ab initio tomi I.) et prima collectio Decretakum composita a Rainerio diacono et monacho Pomposiano. Steph. Baluz. in vnum collegit. magnam partem nunc primum edidit, reliqua emendauit. tom. I. II., Paril. 1682. fol. In ipfa autem edit. numerantur libri sedecim. Nam in vol. primo post librum II, epistolarum fequitur p. 543. sqq. loco tertii et quarti libri prima collectio Decretalium Innocentii III. ex tribus primis regestorum eius libris composita a Rainerio, nunc primum in lucem edita ex vetust, cod. S. Theodorici Remensis: tum epistolar, liber V. dein p. 687, sqq. Registrum Innocentii III. super negotio romani imperii, epistolae 194. Desunt inde libri VI-IX. nam vol. II. incipit fec. inferiptionem a libro X. epiflolar, et fie numerantur libri, vique ad librum XVI. Conf. Fabr. bibl. med. et inf. latin. tom. IV. p. 34. fqq. ed. Manfi, vbi plures epistolar. quarumdam editt. memorantur, et Oelrichs comm. citt. p. 256. sq. item Schroeckh hist, eccl. christian, tom. XXVII. p. 60, sq. vbi a p. 55. de decretalibus pontific. vberius disferit. Harl. Plures eius epistolae incditae supersuint. V. Notices et Extraits des Ms. de la bibl. du Roi tom. II. p. 279. sqq. III. p. 617. sqq. Plures nuper editae sunt in libro: Diplomata, Chartae, epistolae et alia documenta ad res Francicas spectantia notis illustrarunt et ediderunt L. G. O. Feudrix de Brequigny et F. L. G. La Porte du Theil. Pars altera tom. I. Innocentii III. epiflolas et Gesta continens, tom. II. Innocentii epiflolas anecdotas continens Par. 1791. f. Beck.

Gregorii IX. (Papac ab a. 1227. ad 1241.) Decretales epistolae saepius editae separatim atque inter opera a Iacobo Pamelio illustrata Antwerp. 1572. [Plura dedit Fabric. in bibl. med. et.inf. lat. tom. III. p. 96. Mansi add. Schroeckh. in Hist. eccl. christ. tom. XXVII. p. 63. sqq. vbi copiose persequitur eius Decretalia. S. Gregorii papae (an huius Gregorii IX?) epp. 295. Venet. in bibl. Marc. cod. lat. LXXII. v. cat. codd. latin. bibl. Marc. p. 59. Harl.]

Pii II. (ante Aeneae Syluii) qui papa fuit ab a. 1458. ad 1464. epistolae CCCXXXI. ante pontificatum et in pontificatu scriptae, Norimb. 1481. et Lugd. 1497. fol. et inter opera Basileae excusa. [v. Fabric. l. c. tom. V. p. 300.]

Hadriani VI. (papae ab a. 1522. ad 1523.) epistolae editae Colon. 1535. Vide Ludouici de S. Carolo bibl. pontificiam p. 107. [v. Fabric. l. e. tom. III. p. 179. sq.]

Pii V. (pontificis max. ab a. 1566. ad 1572.) epissolarum libros quinque latine edidit Franciscus Goubau Antw. 1640. 4. post editionem Italicam Mantuanam 1587. 4. et latinas Coloniensem atque Romanam 1629. Constitutiones ecclesiassicae et litterae apostolicae, Lugd. 1582. Florent. 1583. Rom. 1579. [v. Fabr. l. c. tom. V. p. 301.]

Ab Antonio Caraffa cardinali et Antonio de Aquino publicatae epistolae a S. Clemente ad Gregorium VII. iussu Gregorii XIV. Romae 1591. fol.

Nousin locupletiorem accuratioremque epistolarum pontificum editionem a Clemente ad Innocentium III. exspectare iubemur a Petro [P] Constant, monacho erudito Benedictino, qui et dignas side seiunget a commentitiis, et emendatas diligenter ad codices MSS.

et $C_{oldsymbol{s}}$

k) Lud. de S. Carolo Bibl. Pontificia p. 194. vbi exftent, adnotat, plures carum collectiones in qua passim de singulorum epistolis pontificum, MStas in bibl. Vaticana adhuc delitescere testatus.

et ordine digestas chronologico illustrabit notis. Vide Ephemerides litterarias Parisienfes mense Octobr. a. 1719. p. 476. sq. Fabr. Huius editionis iam supra ad §. VIII. mentionem fecerat Fabricius, et ego in longa nota et inscriptionem operis posui integram, et nousm Schoenemanni editionem indicaui. Ego vero quoniam Fabricius infra in fine huius volum, ed. vet. pag. 760. sqq. copiose recensuit Coustantii editionem, huc commodiore loco reducendam atque inferendam duxi Fabricianam notitiam: "Epiftolae romanorum pontificum, et quae ad eos scriptae sunt: a S. Clemente I. vsque Innocentium III. Studio et labore Domni Petri Coustant, etc. tom. I. ab a. C. 67. ad annum 440. Paris. 1721. fol. pagg. 1280. et praefatio pagg. 150. Adpendix pagg. 123. — — Quum recens ad nos adlatum fit primum hoc volumen operis eximii, cuius duorum posteriorum etiam tomorum propediem prelis subijciendorum spes sacta est, [sed haec euanuit,] licet auclore, quod dolendum est, iam a. 1721. [1] 18.0cl. extincto, eius breuem notitiam praefenti loco fubiungere volui. In amplis prolegomenis prima est de auctoritate pontificum decretaliumque epistolarum disputatio: deinde dissertur de collectionibus canonum, in occidente praefertim adornatis, vbi inter alia p. 127. non diffitetur Isidorum Mercatorem fraude sua perniciose de ecclesia meritum esse. Hinc, inquit, debilitati penitus fractique disciplinae nerui, perturbata episcoporum iura, sublatae indiciorum leges, aut miserum saltim in modum afflictae, hinc discordiarum, seditionum ac litium seges immensa, quae tot sacculis ad ecclesiae dedecus, fideliumque offensionem fruticauit. Denique auctor, quum de prioribus epistolarum pontificiarum editionibus exposuisset, quantum ipse studii in colligendis, accurate emendandis recensendisque et illustrandis genuinis, spuriis vero removendis ac separandis posuerit, tradit. Post dissertationem breuem praeuiam de proximis post b. Petrum apostolum romanis episcopis Lino, 1) Cleto, m) et Clemente, ") sequuntur epistolae ipsae pontificum, singulorumque epistolis praemissae de illorum aetate et scriptis observationes. Familiam inde ducunt S. Clementis romani epistola ") vtraque ad Corinthios gracce et latine cum versione Cotelerii paucis mutata locis, nouisque notis Coustantii. Eiusdem Clementis fragmenta ex Cotelerio et Grabio p. 46. aliaque duo Clementi perperam tributa in Iynod. CPol. a. 891. tom. 9. Labbei p. 1266. et Gratiano de confect. dist. 2. c. 30.

Anacistum a Cleto perperam distingui non dubitat Coustantius p. 50. deinde de huius nec non Euaristi, p) Alexandri, s) Xusti, r) Telesphori, s) Hygini, s) Pii, m) et Aniceti, p) decretis atque epistolis disserit, et nonnulla eorum sicut et posteriorum pontificum decreta ex Burchardo, Gratiano, libro pontificali, aliisque scriptoribus exponit. Epistolas autem decretales ab Isidoro Mercatore iactatas sub illorum pontificum nominibus, reiicit in alterum tomum, in quo integram Isidori collectionem dare constituerat.

Diony-

l) Circa a. C. 67. m) 79. s) 91. o) primam Clementis rom. epistolam quae sola genuina habetur a veteribus, scriptam putat circa a. C. 97. p) 100. q) 109. r) 119. s) circa exitum a. 128. t) 139. s) 142. v) 157.

- Dionysis Corinthiorum episcopi ad Soterem, w) papam epistolae fragmenta, graece et latine, ex Eusebio cum notis p. 75. Observatio contra auctorem Praedessinati, qui Soterem contra Cataphrygas et Tertullianum contra Soterem scripsisse falso tradidit p. 79.
- Epistola Viennensis ac Lugd. ecclesiae ad *Eleutherum*, *) graece [P] et latin. ex Eusebio, et de aliis epistolis ad eum pertinentibus et decretis p. 87.
- Epistolae ad Victorem I.) scriptae super controuersia de paschate, a Polycrate Ephej. et Irenaeo, graece et lat. p. 95.
- Fragmentum antiqui scriptoris aduersus Artemonis haeresin, graece et lat. de Natali poenitente ex haeresi, a papa Zephyrino 2) in communionem admisso. p. 110.
- De epistolis ac decretis, quae huic Zephyrino, nec non Callisto I. aa) Vrbano, bb) Pontiano, ") Antero, ad) Fabiano, e et Cornelio, f) adscribuntur.
- S. Cypriani ad S. Cornelium papani epistolae IX. p. 121. et huius ad illum II. nec non Cornelii ad Fabium Antioch. sragmenta, graece et lat. pag. 146. et Cyriani ad Antonianum. pag. 159.
- Notitia epistolarum non exstantium vel supposititiarum, quae ad Cornelium adtinent. p. 195. Dissertatio de poenitentia maiorum clericorum, quae non publica erat tribus primis faeculis, ibid.
- S. Cypriani ad Lucium (2) papam epistola p. 207. et binae ad Stephanum I. (2) papam. p. 211. Dionysii Alex. ad eumdem Stephanum epistolae fragmentum graece et lat. ex Eusebio p. 219. Notitia epistolarum non exstantium, quae ad Stephanum papam adtinent, p. 221. et de eius sententia circa rebaptizationem et receptionem haereticorum p. 227.
- Epistolarum Dionysii Alex. ad Xystum II. ") et ad Philemonem et Dionysium, (qui deinde papa,) Xysti presbyteros, fragmenta, graece et lat. ex Eusebio p. 259.
- Dionysii papae 41) epistolae aduersus Sabellianos fragmentum ex Athanasio, graece et lat.
 p. 274.
- Fragmenta ex Dionysii Alex. ad Dionysium Romanum libris IV. quos elenchum et apologiam inscripserat, graece et lat. p. 279.
- De decretis, epistolis et scriptis, quae tribuuntur Felici I. ") Eutychiano, "" (Caio, ") Marcellino, ") Marcello, ") Eusebio, ") Melchiadi, ") Siluestro, ") Marco, ") et Iulio I. ""

Felicis

bb) 223. w) 168. y) A. C. 193. z) circa a. 202. aa) a. 219. x) 177. hh) 253. ii) 257. kk) 259. ll) 269. dd) 235. ff) 251. gg) 252. ee) 236. nn) 283. 00) 296. pp) 308. TT) '311. 55) 314. tt) 336. qq) 310.

- Felicis papae fragmentum epistolae ad Maximum episc. et elerum Alexandr. graece et lat. pag. 298.
- [P] S. Damasi de Marcello papa carmen p. 311. Epigramma vetus Anonymi de Eusebio papa pag. 319.
- Constantini imp. epistola ad Melchiadem papam et Marcum, graece et lat. p. 326.
- Arelatenfis synodi ad Siluestrum I. a. C. 314. datae epistolae II. p. 341.
- Epistola Iulii II. ad Eusebianos a. 342. p. 354. et Marcelli Ancyrani ad Iulium, graece et lat. p. 390. Synodi Sardicensis a. 347. ad Iulium ex Hilarii fragmentis p. 395. Iulii ad Alexandrinos, graece et lat. p. 399. Valentis et Vrsaci ad Iulium p. 403. graece et lat.
- Liberii papae ") epistolae XV. p. 422. in quibus et graece et lat. p. 431. dicta ad Eusebium Spadonem a. 355. et Dialogus Liberii et Constantii imp. p. 433. et Legatorum Lampsacenae synodi a. 366. ad Liberium p. 454. et Liberii ad orientis episcopos orthodoxos p. 458. Epistolarum non exstantium et supposititiarum, decretorumque notitia ac censura, p. 463.
- Felicem Liberio suisse superstitem, adeoque perperam a multis velut eius successorem inter pontifices poni notatur p. 470.
- Damasi papae euro) et ad eum epistolae XVIII. p. 473. cum eruditis notis et observationibus. Quibusdam, vbi extabat, addita graeca vetus versio. Aquileiensis concilii a. 381 habiti epistola pro Damaso p. 551. Ceterorum scriptorum Damasi vel decretorum citatorum locuples notitia. p. 591.
- Siricii **) epistolae X. p. 624. et de aliis scriptis ac decretis, quae ei tribuuntur p. 699. vel perperam adscribuntur p. 709.
- Anastasii 99) epistola ad Ioannem Hierosol. p. 723. cum Rusini presb. ad Anastasium apologia p. 715. Notitia epistolarum Anastasii non exstantium p. 729.
- Innocentii I. 22) vel ad Innocentium epistolae XLII. pag. 739. cum non exstantium notitia pag. 919.
- Zosimi papae) epistolae XV. pag. 935. Paulini diaconi libellus Zosimo oblatus pag. 963. Tractoriae Zosimi tria fragmenta p. 994.
- Bonifacii 1. 6) et ad eum epistolae XV. p. 1007. in quibus et imperatorum quaedam rescripte aduersus schisma et pro sedis romanae iuribus [P] p. 1027. notitia scriptorum non extantium, quae ad Bonifacium adtinent, p. 1045. et decreta illi adscripta, p. 1050.

Caele-

vv) A. C. 352. ww) 366. xx) 384. gy) 588. xz) 401. a) 417. b) 418.

Caelestini I.) et ad eum epistolae XXV. p. 1052. quarum nonnultis addita graeca versio ex actis synodi Ephesinae, Cyrillo etc. et post epistolam XXI. ad episcopos Galliarum subiunctae superiorum sedis apostolicae episcoporum, Innocentii I. maxime et Zosimi, auctoritates de Gratia Dei, p. 1188. Notitia epistolarum Caelestini non exstantium p. 1217. et decreta ei adscripta p. 1226.

Xusti III. ") et ad eum epistolae X. et tres priores gracce et latine, pag. 1231. Notitia reliquorum scriptorum ad Xystum attinentium, pag. 1273.

APPENDIX

ad Coustantii epistolas pontisicum, adulterina scripta completient.

- 1) Epistola Clementis Romani ad Iacobum episc. graece et lat. cum Cotelerii versione. Incipit: Γνώριμον έτω σοι.
- 2. 3) Pii I. papae epistolae duae ad Iustum Viennensem. Prior incipit: Antequam Rema exisses; posterior: Attalus epistolas martyrum pertans, p. 19.
- 4. 5) Victoris I. epistolae duae; vna ad Desiderium Viennensem, incipit: Sicut sunctians fraternitus tua; altera ad Paracodam episc. incipit: Collega noster Dionysius dormiens, pag. 21.
- 6) Eleutheri papae rescriptum ad Lucium Britanniae regem. Incipit: Petiistis a nobis leges romanas et Caesaris vobis transmitti, p. 23.
- 7. et 8) Cornelii papae ad Lupicimum archiepilc. Viennensem. Incipit: Scias, frater beatissime, arcam dominicam vento persequationis accerrime commoueri; et altera ad Cyprianum, a Baluzio primum edita in noua Cypriani edit. incipit: Dilectionis tuae non delectabilia, p. 26.
- 9) Vulgatae synedi Suessanae seu Sinuessanae a. 303. de Marcellino papa gesta. Incipit: Diocletiano et Maximiano Augustis, p. 29.
- [P] 10) Siluestri I. epistola ad episcopos Galliae de formatis ab episcopo Viennensi accipiendis et prouinciis septem ad eius ecclesiam pertinentibus. Incipit: Placuit apostolicas fedi, p. 37.
- Eiusdem constitutum ad Constantinum Aug. cum actis synodi rom. CCLXXXIV. episcoporum, p. 43. Incipit: eodom tempore quum multi nobiles gauderent.

12) Ni-

s) A. C. 422. A) 492.

Vol. XII.

Z



- 12) Nicaenas synodi ad Syluestrum papam, incip. quoniam omnia corroborata; et Silvestri ad Nicaenam synodum, pag. 54. Incipit: Gaudeo promtam vos benignitatem servare.
- 23) Concilium praesente Constantino Aug. celebratum Romae cum CCLXXV, episcopis, canones VI. quorum primo definitiones synodi Nicaenae confirmantur, p. 55.
- 14) Iulii papae nomine ab Apollinario ad Dionysium Alex. scripta epistola graece et lat. incip. θαυμάζω πυνθανόμενος, p. 62. Eiusdem epistolae vetus interpretatio ex veteris synodici capite 224. Incipit: miror audiens quosdam, p. 69.
- 15) Epistola eiusdem Iulii nomine, a Timotheo discipulo Apollinarii vel ab Apollinario ipso scripta ad Prosdocium, graece et lat. p. 73. Incipit: τὸ Φρόνημα ημῶν πατά την Αποσολικήν παράδοσιν. Fragmentum ex triplici veteri versione, p. 79.
- 16) Fragmenta tria, fortasse ex aliquibus septem illarum epissolarum, quas Iulio papae ab Apollinarii asseclis adscriptas Leontius memorat, p. 82. Primum graece et lat. quod apud Photium cod. CCXXIX. adsertur ex Iulii λόγω τῶ περὶ ὁμοεσίε. [v. supra ad vol. VIII. p. 592. not. t.]

Censura Liturgiae, quam sub Iulii papae nomine habent Iacobitae siue Monophysitae, et Censura epistolarum iactatarum sub fassis nominibus Cyrilli et Iauenalis Hierosolymitanorum ad Iulium, et Iulii ad Cyrillum de die natali domini XXV. Dec. quarum fragmenta a Ioanne Nicaeno et anonymo avaynaias dinynoeus scriptore i referuntur pag. 83.

- 17) Gesta Liberii papae, quorum initium: anno regni Constantini regis nepotis Constantini magni, p. 89.
- [P] 18) Liberii epistola ad orientales de Athanasio Romam citato. Incipit: fludens pati et concordiae, p. 95.
- 19. 20) Liberii ad Athanasium, et Athanasii ad Liberium contra haeresin Apollinarii, graece et lat. Prior incipit: ἔτιν ἔν ἡμῶν ἡ ὁμολογία, p. 97. altera: ὧε Θεὸε ἀθάνατος, ἀὸρατος, ἀψηλάΦητος. p. 99.
- 21) Damasi symbolum, cuius verum suctorem Gregorium Paeticum putat Paschassus Quesnellus. Incip. credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, et in vnum dominum nostrum Iesum Christum silium Dei, et in spiritum S. Deum non tres Dees, p. 102.
- 22) Innocentii I. epistola ad Arcadium imp. ex Niceph. XIII. 34. et Glyca, graece et lat. p. 105. Incip. Φωνή αιμωτος.

23. 24)

e) Apud Combess. tom. 2. auctar. noui patrum pag. 302.

- 23. 24) Arcadii ad Innocentium, vna gr. lat. ex Glycae Annal. p. 259. Incipit: πάντες άνθεωποι, p. 108. altera latine ex Baronio ad a. 407. Incipit: omnino, o pontifex Dei, p. 109.
- 25) Innocentii ad Arcadium, qua eum foluit ab excommunicatione, gr. lat. ex Glyca. p. 260. Incip. απεθεξάμην ύμῶν, p. 109.
- 26) Zosimi ad Simplicium Viennensem archiep. ex Ioanne a Bosco ad calcem bibliothecae Floriacensis. Incipit: reuelatum nobis est, p. 111.
- 27) Gesta de Xysti purgatione, quem Marianus quidam et Petrus seruus accusauerunt, quod consecratam Chrisogenitem stuprasset: et de accusatione Polychronii episcopi Hierosol. simoniae et aliorum criminum rei, edita primum a Petro Crabbe; a Coustantio autem, vt cetera omnia diligenter recensita, ad codices MSS, et notis illustrata. Incipiunt: Valentiniano et Anatolio, consulibus, p. 117-124.
- [P] Leonis III. (qui papa fuit ab a. 795. ad 816.) epistolas decem ad Carolum M. primus ex MSS. Academiae Iuliae edidit notisque illustrauit Hermannus Coringius, Helmst. 1647. 4.
- Epistolarum volumen, quas romani quidam pontifices miserunt ad Francorum reges, Carolum Martellum, Pipinum et Carolum M. editore Iat. Gretsero, S. I. Ingolstad 1613. 4. Eidem debemus epistolas variorum pontificum ad Petrum Gnapheum, Eutychianum, graece et latine vulgatas, Ingolstad. 1616. 4.
- Leonis IX. (papae ab a. 1049. ad 1054.) epistolae decretales ad calcem operum Leonis Magni excusae Colon. 1561. fol. apud Ioannem Birkmannum iuniorem, editore Laurentio Surio.

Epistolae decretales pontificum romanorum, tribus voluminibus in fol. editae Romae 1591.

Gregorii XIII. constitutiones ecclefiasticae, Lugd. 1582. 8.

Pii IV. et V. et Gregorii III. Florentiae 1583. 1586. 4.

Collectio bullarum et constitutionum Clementis VIII. separatim editarum ab a. 1592. ad 1603. fol. fuit in bibl. Tellerians.

Gregorii XV. (ab a. 1621. papae ad a. 1623.) constitutiones et decreta, Romae 1623. fol.

[Ioannis papae rom, epistola ad Photium: inc. αγνοείν συμβαίνει ήμας. Mosquae in cod. fynod. CCCXXIV. v. Matthaei Notit. codd. gr. Mosq. p. 212. sq. nr. 4. Harl.]

[Alexandri III. Decretales in concilio Lateranensi III. generali a. 1179. celebrato editae ex cod. bibl. Hasso-Casselanae a Iusto Henn. Bochmero in Adpend. ad tom. II. corp. iur. canon. nr. II. v. Schotti not. 2. ad Douiat. Praenott. canon. tom. II. p. 211. vbi Schott. continet, inquit, ea collectio p. priores XII. can. concilii Lateran. III. p. epistolas decretales Alexandri III. et paucas aliorum pontificum, desinitque in Vrbano III. vnde intelligitur, eam post a. 1187. quo mortuus est Vrbanus III. compositam esse et cons. Schroeckh Hist. eccl. christ. tom. XXVII. p. 58. sqq. Harl.]

[Cle-

- [Clementis XI. epistolae et Breuia selectiora, Romae 1724. fol. II. voll. eum figg. aeneis. In catal. Vrlsperger. p. 13. vocatur opus splendidum ac rarum. Ibid. laudatur a splendore et raritate liber: Clementis XL vita et res gestae, cum ipsius effigie. Vrbini, 1727. fol. Harl.]
- Bullae pontificum a Bonifacio VIII. (a. 1294-1303.) ad Paulum IV. (a. 1555-1559.) Romae apud Antonium Bladium 1559. fol.
- Collectio Bullarum a Gregorio VII. (s. 1073-1085.) ad Gregorium XIII. (a. 1572-1582.)

 Rom. 1589. fol.
- Bullarium siue collectio constitutionum romanorum pontificum, iussu V. collectum a Gregorio VII. vsque ad Sixtum V. (qui pontificatum gessit ab a. 1585. ad 1590.) cum rubricis Laërtii Cherubini. Rom. 1586. sol.
- Sixti V. constitutiones a Lacrtio Cherubino editae Rom. 1588. fol.
- Summa constitutionum pontificalium et rerum in ecclesia romana gestarum a Gregorio IX. (2. 1227-1241.) ad Sixtum V. curante Petro Matthaeo ICto. Lugd. 1589. 4.
- Bullarum, Breuium et constitutionum apostolicarum, quae in Archiuo impressoria cameralia existunt, index. Rom. 1627. 12. in bibl. Barberina.
- [P] Summa Bullarii per Stephanum de Quaranta. Venet. 1607. 4, Lugd. 1622. 4, vsque ad Paulum V.
- Iac. Castellani compendium constitutionum summorum pontificum a Gregorio VII. ad Clementem VIII. (papam ab a. 1592. ad a. 1605.) Venet. 1603, 4.
- Bullarium magnum Laërtii Cherubini. ICti romani ⁸) a S. Leone magno (papa ab a. 440. ad 461.) ad Paulum V. (ab a. 1555. ad 1559.) Rom. 1617. fol. tribus voluminibus. Et a D. Angelo Cherubino, monacho Cassinensi continuatum vsque ad Vrbanum VIII. (papam ab a. 1623, ad 1644.) Rom. 1638. fol. quatuor voluminibus, et Lugd. 1655. sol. additis Innocentii X. constitutionibus.
- Bullarii collectanea per Augustinum Barbosam. Lugd. 1634. 4:
- Flauii Cherubini compendium Bullarii a Laërtio Cherubino editi, Lugd. 1624. 4: Rom. 1638. fol.
- Bullarii magni Cherubiniani continuatio ad Clementem X. (papam ab a. 1670. ad 1676.): per Angelum a Lantusca et Io. Paulum a Roma, h) ord. minor. tomus V. et VI. Rom. 1672. fol.

Vincen.

g) Prosper Mandosius bibl. roman. p. 1921 W id. p. 1991.



- Vinsentii Petras ICti, commentarius in Bullarium edi coepit Rom. 1705. fol. Tomus quartus iam lucem vidit a. 1714. Lournal des Savans 1714. Aoust. p. 225.
- Constitutiones pontificiae et romanarum congregationum decisiones ad vicarios vtriusque cleri speciantes Io. Baptista Pittono,) sacerdote Veneto, collectore. Venet. apud. Leonardum Pittonum collectoris patrem 1714. 8.
- Io. Baptista Confessius sine Confestius in collectione privilegiorum sacrorum ordinum fratrum mendicantium et non mendicantium. Venet. 1607. 4.
- Imanuel Rodericus in nous collectione et compilatione prinilegiorum regularium mendicantium et non mendicantium, Turnoni 1609, fol.
- Bullarium Cassinense seu constitutiones pontificum, imperatorum, regum, etc. et decretafacrae congregationis pro congregatione Cassinensi, per Cornelium Margarinum. Venet-1650. fol.
- Bullarium ordinis eremitarum S. Augustini a Laurentio Empolo collectum, Rom. 1628, fol.
- [P] Bullarii Seraphici indiculus per Pstrum de Alua. Rom. 1655. 44.
- Archiusum bullarum, decretorum, etc. fratrum et sororum tertii ordinis S. Francisci per Franciscum Bordonum. Parmae 1658. 4.
- Bullarium ordinis Cluniacensis, Lugd. 1680. fol. Io. Baptistae Pittoni collectio constitutionum pontificiarum et romanarum congregatt. decisionum cuiuscunque ordinis. Venet. in 8. III. voll. Fabr.
- Magnum Bullarium romanum, a b. Leone M. vique ad S. D. N. Benedictum XIII. opus absolutissimum, Laertii Cherubini, praestantissimi Icti romani, a D. Angelo Maria Cherubino, monacho Cassinonsi, deinde a R. P. Angelo, a R. R. P. P. Angelo a Lantusta et Ioanne Paulo a Roma, ordinis Minorum S. Francisci strictioris observantiae, ac tandem corum cura et studio, qui recentiorum pontificum constitutiones hactenus promulgatas collegerunt, illustratum et auctum. Editio nouisima, octo voll. comprehenta, Acced. prout in edit. romana, vitae omnium pontificum, appendices insuper suis locis restitutas. Cum rubricis, summariis, scholiis et indicibus locupletissimis, tom, I. a b. Leone M. ad Paulum IV. etc. iuxta exemplar Romae ex typogr. reuer. Camerae apostolicae, 1638. Luxemburgi fumtib. Andrese Cheualier bibliop. et typographi 1727, fol. Sequuti funt deinceps vique ad a. 1758. cum continuatione vique ad Benedicium XIV. reliqui tomi XVIII: Totum igitur opus conflat nouemdecim tomis. Praestare tamen dicitur Bullarum, priuilegiorum ac diplomatum rom. pontificum amplissima collectio, cui accessere pontif. omnium vitae, notae et indices, opera et studio Caroli Cosquelines, Romae 1739-1744. fol. XIV. partt. in XXVIII. voll. Tot enim voll. numerant D. Chr., Guil. Franc. 23
 - i), Giornale de' letterati d'Italia tom. 19, p. 4411.

Franc. Walch, in: Grundsätze der zur Kirchenhist. des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren v. Bücher Käntnis, ed. II. p. 127. et D. G. I. Planck in: Einleitung in die theologische Wissenschaften, tom. II. p. 292. — In bibl. Geneu. sunt MSS. plures Eugenii IV. Bullae ad archiep. Cantuarenf. item ad epifc. Taurin. etc. tum de concilio Bafil. (v. bibl. Concil. tom, XII. p. 528.) epistolae ad concilium Basil, et alios, vid. I. Senebier catal. raisonné des MSSts-Bibl. de Geneve, à Geneve 1779. 8. p. 83. sqq. nr. 27. de actis quae pertinent ad concil. Basil. 1. 2. 3. 5. 9. 11. 19. 45. 46. 51. 52. 55. 70. et ibid. p. 104. n. 74. funt variae bullae Nicolai V. papae. — Ibid. p. 190. nr. 59. funt Decretales, cum notis variorum, et ar. 60. Concordantia discordantium canonum, cum glossis Laurentii Domini omnium dominorum doctorum Io. Teutonici, Hugonis Vercellensis; Bartholom. Brixienfis reformauit, fuppleuit, correxit, quod opus etiam vocatur: Corpus decretorum a. Domini MCL. a Gratiano, Sti Feliciani Bononiensi monacho editum. In fine legitur: Frater Ardigherius stripfit hoe decretum in Textu et in Glossis. Est elegantissimum et valde inauratum MStum. - In bibl. Malatestiana Caesenate exstant in cod. I. plut. 26. Bullae indulgentiarum Bonifacii VIII. a. 1298. de quibus multus est Iof. Maria Mucciolus in catal. codd. MSS. illius biblioth. tom. I. p. 90. - Venetiis in bibl. D. Marc. codd. CXG. CXCI. et CXCII. funt collectiones Bullarum ad regularium coetuum et ecclefiarum priuilegia vt plurimum spectantium, ex quibus paucas reperies in Bullario, vt ait confector cat. MSS. latin. illius bibl. p. 99. isque pontificum, fub quibus Bullae prodierunt, nomina recenset, ipsisque Bullarum numerum adiungit. Harl.]

IX. Inter Graecos, qui canones et decreta eccleliastica collegerunt, Petrus Pithoeus b) primum locum dat SABINO, b) Heracleae in Thracia Macedonianorum episcopo, a. C. 425. quem Socrates lib. 1. cap. 8. p. 12. testatur composuisse συναγωγήν ων διάφοροι ἐπισκόπων σύνοδοι ἐγγράφως ἐξέδωκαν, quod Epiphanius Scholasticus in Historia triparxita II. 8. vocat congestionem eorum, 💉 ae per diversa concilia sacerdotum ex scripto prolata funt. Eodem loco Socrates atque iterum c. 9. p. 31. Patres Nicaenos tamquam idiotas et γνώσει destitutos a Sabino traductos memorat, atque ipsum etiam propemodum Eusebium: et lib. 2. c. 15. p. 92. S. Athanasii calumniztoribus hunc Sabinum adscribit. Idem lib. 2. cap. 17. opus eius συναγωγήν συνόδων adpellat. Σαβίνος μέντοι ο της Μαπεδονία αιρέσεως (ex p. 31. fubintellige προεςώς) τὰς παρά Ίθλίβ ἐπιςολὰς ἐν τῷ συναγωγῷ τῶν Συνόδων ἐκ έθηκεν, καίτοι την παρά των έν Αντιοχεία προς Ίθλιον Β΄ παρέλειπε. Sabinus Macedonianas settine epistopus in collectione Synodorum (Vales, non male gestorum Synodalium, nam legendum συνοδικών, quemadmodum exstat lib. 3. c. 10. p. 182. et c. 25. p. 204. et lib. 4. c. 12. p. 224.) epistolas Iulii (epistopi rom. cuius epistola occurrit apud-S. Athanasium apologia I. pro fuga tom. I. p. 739.) neutiquam intexuit: tametsi sam minime praetermiserit, quam episcopi Antiochiae collecti ad Iulium scripsere: τέτρ δε σύνηθες αὐτῶ ποιείν. Verum Sabinus ita semper facere consueuit. Nam si quae forte synodales epistolae vocem consubstantialis aut reticent, aut omnino reiitiunt, eas fludiose operi suo inserit: contrarias vero sciens ac prudens filentio

A) In synopsi historica, iuri canonico praesira. /) De aliis Sabinis infra, cap. V. vbi de Sabinio medico.

filentio transilit. Similiter lib. 2. c. 39. p. 146. refert de Selenciensi fynodo (a. C. 359. cellbrata) vberius ab illo traditum fuisse, et lib. 3. c. 10. p. 184. de synodis per Macedomanos habitis Macedonium ipsum, Eleusiumque, Eustathium et Sophronium: (unde miretur aliquis, quod lib. 2. c. 15. p. 92. ne nomen quidem Macedonii vsquam ab eo commemoratum fuisse notat.) Nec non de synodo Antiochena a. C. 363. habita per Acacianos lib. 3. c. 25. p. 204. et de Macedonianis cum Liberio episcopo rom, communicantibus a. C. 366. Conter Tillemontium tom. VI. Memoriar. eccles. p. 537. Ex iam dictis facile patet, falli Christo. phorum Sandium, qui p. 166. Nuclei [] hist. eccles. ") hanc Sabini συναγωγήν putat adhue hodie exstare, atque esse illam συναγωγήν κου έκθεσιν των άγίων πασών συνόδων, quam ex oriente Christianus Rauius secum adtulit, et ex qua loca proferunt Vsserius de Symbolo vetere p. 2. Seldenus ad Eutychii Origines Alexandrinas p. 68, feq. 89. et Stephanus le Moyne notis ad Varia Sacra p. 783. tribuuntque Photio, Tyrio metropolitae, qui a. C. 449. synodo Ephelinae interfuit. Certe longe aliud scriptum istud est, quam a Socrate describitur, neque in illo habentur, quas ex eo citat Socrates epistolae aut constitutiones. Deinde teriptor hic patres Nicaenos Θεοφόρες πατέρας laudibus effert, quum Sabinus, vtpote Macedonianus, iisdem detraxerit, atque eos tamquam rudes et illiteratos traduxerit. Vnde 🛩 Sandii sententia merito recedunt Steph. le Moyne loco laudato, et b. D. Ittigias in Hiltoria Concilii Nicaeni & XXXVII. Fabr. Conf. fupra, vol. VII. p. 424. not. m. Walthii hist. haeresium, (german. scriptam,) tom. II. p. 672. Io. Fr. Buddei Isagog. — ad theolog. vniuersam, tom. posterior. p. 754. - Assemans. in Bibl. iuris orient. canonici etc. lib. III. cap. 11. tom. III. p. 344. sqq. - Ballerin. Fr. de antiquis-collection. canon. part. I. cap. I. 6. 5. in Gallandii sylloge etc. tom. I. p. 242. et Spittler. in: Geschichte des kanon. Rechts, p. 80. Harl.

X. In bibl. caesarea aliquot reperiuntur canonum collectiones adhuc ineditae, vt, quam Lambecius III. p. 66. ") memorat navovenni avvo (n Stephani Ephesii, quae suit quoque

m) Sandii verba sunt: Mihi videtur austor, licet scriptum non viderim: esse Sabinus Macedomianus, cuius meminit Socrates I. 9. II. 15. 20. IV. 22. tum quia hic etiam librum eiusdem titult conscripsit; teste Socrate I. 9. II. 15. 20. IV. 22. VI. 12. tum quia circa tempora concilii Chalcedonensis, vel paullo ante Sabinus etiam storuit et episcopus Heracleae Thraciae suit, Socr. I. 8. Quod vero eius scriptum ad nostra vsque tempora durauerit, liquet ex catalogo bibl. patr. Constantinop. edito Argentorati a. 1578. vbi extat MS. Graecum, cui titulus: Sabini monachi (vt dicitur) epitome omnium Synodorum vniuersalium et provincialium.

 8) Siue p. 183, ed. Kolfar. inc. 'Aสอรอังแร มหาร์-ระเ สอเร อังอังมุมธรรม สอราช. V. quoque supra ad S.

IV. Kollar. in not. A. primum animaduertit, ope huius codic. XLVIII. nr. 2. in quo clare scriptum habeatur Drepere Ecies, (haudquaquam Ecole, vt mendose exscripsit Lambecius,) confirmari coniecturam Cauei (in dissert. I, tom. II. histor. litter. SS. eccl. p. 8. vbi tantummodo Stephan. dicitur, interfuisse a. 351. concilio Chalced.) a Fabricio, corrigente a. 451. h. l. memoratam. Dein fatetur Kollar. se desiderio Fabricii nostri, num synopsis huius cod. eadem sit cum collectione canonum Ephesina, a Gretio et Salmasio memorata, nec ne? satisfacere non posse. At, postquam principium synopseos in illo caes. cod. gr. adposuerat, ex eo abunde, inquit, elucet, hancee synopsin autoliga fere convenire cum illis canonum synopsibus, quas sub Alexii Aristeni et Symeonis Logothetae nominibus ediderunt Guil.

Digitized by Google

que in Palatina cod. XXXIII. ad calcem panopliae Euthymii, in codicibus CC. CCLXXIV. et CCCLXXV. etiam obuiae, canonesque apostolorum, concilii Nicaeni et Ancyrani complectitur. Vide Frid. Sylburgii catalogum MSS. bibl. Palatinae, (translatae postea in Vaticanam,) p. 14. vbi Stephanus ille Ephesinus adpellatur episcopus, idem fortasse, vt suspicatur praestantissimus Caueus, qui concilio secundo Ephesino a. C. 449. et Chalcedonensi a. C. 451. interfuit atque in huius actione XI. (tom. 2. Harduin. p. 551.) rogauit, vt ex codice ecclesiae vniuersae canon. XCV. et XCVI. de translatione episcoporum praelegeretur. Fuit etiam Stephanus Ephesinus, (iunior, vt existimo,) in concilio rom. a. C. 503. Videndum porro ab iis, quibus vtrumque scriptum datur inspicere, eademne cum illa Stephani synopsi sit collectio canonum Ephesina MS. memorata Hugoni Gratio epist. 265. et Salmasio epist. 22. qui Hamburgo eam obtinere peroptabat.

[P] Libro

notis iuris canonici collectionibus, etc. Affemann. in bibl. iuris orient. canon. tom. III. p. 347. fqq. de memorata synopsi canon. Stephano Ephes. adtributa, plura disputant primum repetit, quae Lambecius et Caucis locis citt. scripserant; tum obsernat, in catalogo spiscoporum Ephesi, a Quieno orient. christian. tom. I. edito, duo Stephanos occurrere, qui sedem Ephesinam olim tenuere; primum p. 678. qui de illa sede cum Bastiano contendit, et tam synodo Ephefinae secundae latrocinali, quam Chalcedonensi concilio interfuit; alter p. 683. qui Trullanae synodi canonibus post Cyriacum Caesareae subscriptus legitur. Huic secundo Stephano, (inquit ibid, Quienus,) tribuenda venit Canonica synopsis, canonum scil. Nicaenorum, Ancyranorum, et aliorum, quae habetur in cod. caesareo XLVIII. (de quo autea ego et Fabricius vberius disputauimus,) Verum Assemann. secus sentit. Primum ait, cod. illum caesar, non esse adeo antiquum, et epitomen illam folos continere apostolicos canones 85. instar eius, quae ab Aristeno aliisque recentioribus Graecis edita est; tum animaduertit, (vii observant Ballerinii fratres in adpend, ad Leonis opp. de antiquis canon collection. p. X. s. in Gallandii sylloge tom. I. p. 245. sq.) Sylburgium, a Fabricio iam citatum, aliam in his collectionem non protulisse, Stephani Ephesini nomine inscriptam, nisi quae non integros conciliorum canones, sed canonum synopsin, poste-

Voëllus, Henr. Instellus et Guil. Beuerigius in rioris autem aetatis, multo post Chalcedon. concilium factam, continebat; praeterea, si Stephanus Ephelinus huius synopseos auctor credatur, concludit cum Balleriniis, non fuisse illum Stephanum episcopum, qui Chalcedonensis concilià aeno memoratur, fed alium posteriorem, qui in cod. caesar. episcopi titulo caret. Addit, se, quum codd. Palatinos, nunc Vaticanos, nimirum cod. XXXIII. CC. CCLXXIV, et CCCXXXXV. diligentissime consulvisset, canonicam illam collectionem, Stephano Ephefino a Sylburgio aliisque tributam non inuenisse; contra se reperisse eius loco, ad calcem Panoptiae Euthymii in codd. Palatinis signatis num. 200. et 345. Photii ad Michaelem, Bulgarorum regem, epistolam de septem synodis oecumenicis; eamdem haberi, Panopliae Euthymii similiter subiunclam, in cod. gr. Vatic. DCLXVIII. f. CCLXXXXVI. p. 2. nullibi autem repertam esse in codd. Palat. aut Vatic. sub Stephani nomine, canonicam collectionem, quac canones apostolorum, concilii Nicaeni et Ancyrani dumtaxat complesseretur. Insuper Ballerinii Fr. 1. c. castigant errores Iu-Rellorum et Voellii de Stephani collectione. — Venet. in cod. CCXXXII. est ur. 1. synopsis canonum SS. patrum; nr. 2. surodinoi nurores apostolorum et Basilii; nr. 3. canones apostolici, ac deinceps aliorum collectiones canonum: plura de iis vide in cat. codd. Nanian. gr. pag. 425. sqq.

[P] Libro VI. p. 51. et lib. VIII. p. 431. *) Lambecius memorat Photii patriarchae CPolit. σύντωγμα κανόνων, conflans canonibus apostolicis et conciliorum decem, atque anno 6391. (Christi 883.) compositum, adiunctumque Nomocanoni saepius edito, de quo dixi vol. XI. p. 21. sqq. δ. XII. De syntagmate hoc ita Photius in praes. Προθύμως ενεχώτησα τθε ύπο τῶν εν χρόνοις διαφόροις γεγενημένων αγίων ΔΕΚΑ ΣΥΝΟΔΩΝ ἐπὶ Βεβαιώσει τε σωτηρίε δόγματος, κοὶ χρητή διδασκαλία πάντων ανθρώπων ἐκτεθέντας Θεοπρεπές ΚΑΝΟΝΑΣ ΕΙΣ ΤΑΥΤΟΝ ΣΥΝΑΓΑΓΕΙΝ, ἐκάτης συνόθε τῷ προσηγορία τὰς αὐτῆς ἐχομένες ὑποτιθείς. ἐ μὴν ἀλλά κοὶ τὰς λεγομένες τῶν ἀγίων Αποτόλων κοὶ εἰνες αὐτῆς ἀμφιβόλες etc. Hoc est: Quotquot a sanctis DECEM SYNODIS, diversis temperibus ad salutaris dostrinae confirmationem, bonamque omnium hominum institutionem habitis, editi sunt CANONES, eos omnes IN VNVM CORPVS COLLIGENDOS magna animi alatritate suscepi, ita ut uniuscuiusque synodi appellationi ac titulo sui canones proxime subiesti sint: nec non etiam eos canones, qui sanctorum apostolorum esse dicuntar, eodem opere somplexus sum; quamuis nonnulli quibusdam causis moti pro dubiis eos habuerint.

Occurrunt in illo syntagmate [vol. VIII. cod. XLV.] post canones LXXXV. apostolicos, 1) canones concilii Nicaeni, 2) Ancyrani, 3) Neocaesariensis, 4) Sardicensis, 5) Gangrensis, 6) Antiocheni, 7) Laodiceni, 8) CPolitani primi, 9) Ephesini, 10) Chalcedonensis. Deinde epistolae canonicae Dionysii Alexandrini, Gregorii Neocaesariensis, Athanasii et Basilii magni, Gregorii Nysseni, Amphilochii Iconiensis, Cyrilli Alexand. Gennadii CPol. Epistola ad Martyrium episcopum Antiochenum de recipiendis haereticis, 1) Timothei Alex. responsa canonica. Concisii CPpol. a. C. 553. canones XV. contra Origenem, quos infra

o). Siue sec. ed. Kollar, libr. ac vol. VI. part. 1. p. 111. sqq. nr. 1. cod. XV. (adde ibid. p. 118. nr. 1. cod. XVI.) et in vol. VIII. p. 908-911. nr. 10. et 11. De his et aliis codd, plura adnotaui supra, ad vol. XI. p. 21. S. XII. vbi Fabric. de Photii Nomocanone plura scripsit. Similis fere collectio exstat Florent. in codd. Laurent. I. et X. plut. 10. Quae in illis continentur, ea latius exposuit Bandin. in cat. codd. gr. Laur. I. p. 467. sqq. et 477. sqq. nec non Vestet. in cod. Naniano CCXXVI. v. catal. codd. gr. Nan. pag. 414. sqq. Mosquae in cod. syn. CCCLXXXIV. ex Photii epistola ad Michael. princip. Bulgariae de VII. synodis occumen. inc. ที สอน์รท หลุง อภิมะแมนท์. v. Matthaei Notit. codd. gr. Mosq. p. 245. nr. 6. - ib. pag. 319. collectio canonum, etc. Conf. Spittler Geschichte des kanon. Rechts S. 50. pag. 183. fqq. Affemann. in bibl. iur. orientalis canonici, libr. I. cap. 2. S. XV. p. 35. sqq. idemque praeter codd. Vindobon. Parif. Taurin. et Venet.

a me ad cit. vol. XI. iam memoratos, laudat etiam codd. in quibus idem Photii syntagma manu exaratum exstat, Vatic, MCLXXXV, et Palat. CCCCVIII. denique mentionem synodi, quam-ipse Photius coëgisse dicitur in templo S. Sophiae, et Photius etiam in suo Nomocanone commemorat, aut a Balfamone, aut a Photiano librario recentiore in scholiis illius intrusam suisse contendit, vt reliqua, quae de Photio, de iis canonum collectoribus graecis, qui Photium antecesserant, et quorum Theodor. Balfamon, suppresso nomine mentionem iniicit ad canonem secundum Trullanum, ac Balsamonis iudicium de iis et Photii Nomecanone adlatum, h. l. praetermittam. Idem ibid. p. 339. sqq. praecipue p. 348. sqq. cap. IX. multus est de codice canonum, a Photio post octavam synodum edito. Harl.

p) Conser Euchologium Goari p. 883. Lambecium V. p. 219. VIII. p. 424.

Vol. XII.

A a



XLIV, Hark

integros graece et latine Lectori exhibebo. Leonis I. papae epistola dogmatica ad Flauianum CPol, concilii Carthag. (a. C. 418.) canones CXXXVII. et actiones VI. concilii Careliaginiensis tertii a. C. 256. a S. Cypriano celebrati acta et canones LXXXIV. Excerpta ex actis concilii CPol. an. 394. Canones concilii CPol. in Trullo, canones XXII. concilii Nicaeni II. a. C. 787. habiti. Tarafii patriarchae CPol. epiflola ad Hadrianum L papam: canones XVII. concilii CPol. pro Photio a. 861. Canones III. concilii CPol. pro Photio a: 879. S. Athanasii epistola ad Rusinianum, quae incipit: Συ μέν τα υίω ήγαπημένω πεέποντα. Anonymi είδησις συντεθέσσα έκ διαφόρων [Γ] συγγραμμάτων περί των έπτα άγίων κομ ολκεμενικών συνέδων, το πότε και δια τι, και έν ποίοις τόπαις συνηθεοίσθησαν, και τίνας ωναθεμάτισαν. Incipit: από της Χειςθ ένανθεωπήσεως έως της πεώτης συνόδο έτη τιή, χωὶ κόσμε εωιή. Πεώτη Σύνοδος. ΄Η πεώτη χωὶ οἰκυμενική άγία Σύνοδος γέγονεν έν Νιnaia etc. Anastasii Sinaitae narratio compendiaria de haeresibus et synodis aduersus cas celebratis. Incipit: ndn uev & Geaxes. [nr. 45. cod.] ?) Anonymi recensio compendiaria conciliorum ab orthodoxis et ab haereticis celebratorum definens circa a. C. 652, quam et ipsam graece et latine infra adscribam. Alia Anonymi Notitia conciliorum generalium et prouincialium vsque ad generale quintum. Incipit: ἐν τοῖε χρόνοις Δυρηλιανό. Epitome do Arinae Nestorii. Incipit: ή Νεσορία πίσιε, μάλλον δε κακοδοξία. S. Cyrilli anathematismi duodecim contra Nestorium. S. Maximini confessoris de duabus Christi naturis ca-S. Damasi professio sidei et anathematismi XII, ad Paulinum Antiochenum contra haereses Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii et Photini. Expositio concilii CPol. a. 6428. (Christi 920.) contra quartas nuptias. Metrophanis CPol. sanctio de trigamis et aliis causis matrimonialibus. Ioannis Sinaitae quaestiones XX. ad Nicolaum CPol. (ab a. C. 1084.) Nicolai huius de oblationibus liturgicis. Nicetae Pectorati epiftolae III. canonicae. S. Nili epistola ad Characletum presb. peecantes nimis seuere tractantem. Cosmae sermo ad peccatorem pertinacem. Et post alia quaedam Photii Symbolum fidei προς της μέλοντας χαροτονάσθαι έπισκόπης, pro iis qui ordinandi sunt epistopi.

Lib. VIII. p. 400. [p. 846. sqq. Kollar. in cod. XLIV.] ab eodem Lambecio memoratur MStum σύνταγμα κανόνων.) in quo Anonymi graecis scholiis illustrati exstant:

1) Canones LXXXV. Apostolici. 2) Canones XX. Nicaeni in Bithynia a. C. 325. 3) Canones XXV. Ancyrani in Galatia a. C. 314. 4) Canones XIV. Neocaesarienses in Cappadocia a. C. 314. 5) Canones XX. concilii Gangrensis in Paphlagonia a. C. 326. 6) Canones XXV. Antiocheni in Syria a. C. 341. 7) Canones LIX. Laodiceni in Phrygia a. C. 367. 8) Canones VII. concilii CPolitani a. C. 381. 9) Canones IX. concilii Ephesini a. C. 431. 10) Canones XXX concilii Chalcedonensis a. C. 451. 11) Canones XXI. concilii Sardicensis in Thracia a. C. 347. 12) Canones X. concilii Carthaginiensis a. C. 418. ad 423, subiunctis post Symbolum Nicaenum capitulis variis CXXXVIII. quorum vltimum est epistola concilii Afri-

q) V. supra vol. VIII. p. 350. ibique not. s.
s) Simile ser est, quod destitutum scholiiser vol. X p. 594. et ibi not. z. Hark
r) lidem in vol. VIII. p. 896. ur. 40. ced.

Africani ad Caelestinum I. papam. [P] 13) Ex actis concilii CPol. a. C. 394. in causa Agapii et Bagadii de episcopatu Bostrensi inter se contendentium excerpta. 14) Canones CII. concilii CPol, in Trullo a. C. 680. 1) 15) Canones XXIL concilii Nicaeni secundi a. C. 16) Canones XVII. concilii CPolitani pro Photio a. C. 861. habiti. 17) Canones III. concilii CPolitani pro Photio a. C. 879. 18) Epistolae et responsa canonica SS. Dionysii Alex. Petri Alex. Gregorii Neocaesariensis, Athanasii Alex. Basilii magni, Theophili Alex. Timothei Alex. Cyrilli Alex. Gennadii CPol. Gregorii Nysseni, Gregorii Nazianzeni, Amphilothii Iconiensia, Cyrilli Alex. Volumen claudunt Anastassi, patriarchae Antiocheni, demonstratio de dignitate sacerdotis et de Gregorio magno Narratio, Io. Damasceni liber de haeresibus, Timóthei presb. CPol. liber de differentia haereticorum ad fidem catholicam accedentium, et Gregorii Nysseni fragmentum contra Manichaeos. Canones concilii quinti aduersus Origenem, graece primum a Lambesio VIII. p. 435. ") editos hoc loco repraesentare ex Photii collectione inuat cum versione, quam Baluzius in sua conciliorum collectione p. 1548. ab amico, quem mon nominat, communicatam, et Io. Harduinus (om. III. concil. p. 282. exhibent. ")

Constantinopolitanae sanctae quintae synodi canones XV.

I. Si quis fabulosam animarum praeexsi-

Sanctorum centum sexaginta quinque patrum. Two còylwo efé nartew vie do Kovzavrws. πόλα άγίας πέμπτης συνόδε κανόνες.

ά. Εί τις την μυθώδη προύπαρξιν των sentiam, et, quae ex illa consequitur, monstru- ψυχών, κως την ταύτη έπομένην τερατώδη Glam restitutionem adserverit; anathema sit. - αποκατάτασιν πρεσβεύει, ανάθεμα έτω.

15. E7.

t) Vbi Lambec. p. 863. sqq. fragment. edidit subscriptionam quarumdam synodd. quae vero pertineant ad synodum CPol. tertiam, id quod ostendit Kollar, in not, et citat Mansii collect. ampliss. concil. tom. XI. pag. 671. et 694. vbi excusae leguntur. Ibid. Lambec. p. 890. sqq. dedit 81. subscriptiones, a Leunclau. fam in Iure gr. rom. tom. I. lib. 2. p. 189. dein a Baluzio, et a Mansio libr. cit. tom. VII. p. 915. in lucem editas, monente Kollario. *Harl*.

s) S. p. 917. fqq. ed. Kollar. cuius not. conf.in cod. XLV. in quo funt SS. Apostolorum constitutiones et variorum conciliorum canonum argumenta epistolaeque quorumdam patrum canonicae; nr. 10. autem Photii praefat, in syntagma canonum ab ipso compositum, (de quo multus est Lambec.) ac nr. 11. principium syntagmatis canonum, a Photio, patriarcha CPol. compositi, fine index materiarum, quae continentur 85. ca-

nonibus illis, qui dicuntur SS. apostolorum. Add. de his supra in vol. XI. p. 134, ibique not. Venet. in cod. Naniano CCXXVI. nr. 17. Photii constit. apost. : init. ##re fri vist de xueare. หทั่ง บันที่ง ระกิษย์รหรอง v. cat. codd. gr. Nan. p. 417. Harl. Ap Mansium hi can. legunt. tom. IX. p. 395. fq. add. Walch Hist. haer. tom. VII. p. 640. fq. Beck.

v) In cod. caesareo Vindob. XLIV. est Synodici pars prior, fine sylloges canonum synoda. lium, ab ecclesia graeca receptorum; nec non SS. patrum epistolarum, cum amplissimis Io. Zonarae et Theodori Balsamonis commentariis: et primo quidem Photij patriarchae CPolit. Nomocanon, harmoniam legum imperialium et canonum ecclesiasticorum exponens, et in titulos XIV. digestus: in cod. XLV. exstat Synodici pars altera. In his duobus codd. quae continentur, copiose recenset Kollarius in supplem. ad Lambecii comment. I. p. 299-329. Harl.

Vol. XI. p. 29 P 36

II. Si quis dixerit, omnium rationalium productionem fuisse mentes corporis et materiae expertes, absque vilo numero et nomine; adeo vt corum omnium fuerit vnitas identitate substantiae, potentiae et virtutis, atque vnione et cognitione erga Deum Verbum; satietatem autem illas cepisse dininae contemplationis, et in deterius conuerlas esse, pro eo ac vnaquaeque propensa fuerit in illud; et assumsisse corpora subtiliora vel crassiors, nec non accepisse [P] nomen; eo, quod ficut nominum, ita et corporum differentiae funt apud supernas virtutes: atque hinc factum esse, ve alii Cherubim, alii Seraphim, alii Principatus et Potestates, vel Dominationes, vel Throni, et Angeli, et quotquot funt ordines coelestes, effecti fuerint ac vocati; anathema fit.

AII. Si quis dixerit, solem, et lunam, et astra, ipsa quoque, quum ex eadem rationalium vnitate essent, ex conversione in peius sacta esse id, quod sunt; anathema esso.

IV. Si quis dixerit, rationalia refrigerata a diuina caritate, crassis corporibus, qualia sunt nostra, illigata suisse et homines vocata, alia vero, quum ad summum malitiae pertigissent, frigidia tenebrosisque illigata esse corporibus; atque tum esse, tum adpellari daemones, siue spiritalia nequitiae; anathema sit.

V. Si quis dixerit, ex angelico et archangelico statu animalem statum sieri, ex animali autem daemoniacum et humanum; ex humano vero angelos iterum daemonesque sieri, et singulos ordines coelestium virtutum, vel cunctos ex inferioribus, vel ex superioribus: vel ex superioribus: vel ex superioribus et inferioribus constitise; anathema sit.

Β. Εί τις λέγα, πάντων των λογικών την παραγωγήν γόας ασωμάτες χαὶ αύλες γεγονέναι δίχα παντός αξιθμές και ονομα-TOS, OS EVADA MANTON THEON YEVER DAY THE ταυτότητι της έσίας χού δυνάμεως χού ένεργείας, κού τη πρός τον Θεόν Λόγον ένώσες τε και γνώσει, κόρον δε αυτήν ω) λαβώντης Beias Dewelas, naj meds to zaeov teamina κατά την έκάς& άναλογίαν της έπὶ τύτο ξοπης, και Εληφέναι σωματα λεπτομερές ερα η παχύρεςα, χού ονομα κληςώσασθαι, δια τδ, ως δνομάτων, έτω χού σωμάτων δια-Φοράς είναι των άνω δυνάμεων, και έντευθεν, τές μέν Χερεβίμ, τες δε Σεραφίμι τες δε Λεχας, χού Έξεσίας, ή Κυριότητας, ή Θείνες, καὶ Αγγέλες, και όσα ές ν ές άνα τάγματα, γεγονέναι τε και όνομασθήναι. ανάθεμα 🛚 5ω.

γ. Ε΄ τις λέγα, την ηλιον και την σεληνην, και τθε αιτέρας, και αυτά της αυτής των λογικών έναβος εντα, έκ παρατροπης της έπι το χώρου γεγονέναι τώτο, όπες έςίν,

ανάθεμα έςω.

δ΄. Ε΄ τις λέγα, τὰ λογικὰ τὰ τῆς θάας ἀγάπης ἀποψυγέντα, σώμασι παχυτέροις τοῖς καθ ἡμας ἐνδεηθῆναι, καὶ ἀνθρῶπες ἐνομασθῆναι, τὰ δὲ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κακίας ἐληλακότα, ψυχροῖς καὶ ζοΦεροῖς ἐνδεηθῆναι σώμασι, καὶ δαμονας ἡ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἔναί τε καὶ καλᾶσθαι, ἀνάθεμας ἔςω.

ε. Εἴ τις λέγει, ἐξ ἀγγελικῆς καταςάσες κοὐ ἀρχαγγελικῆς ψυχικὴν κατάςαστο γίνεσθου, ἐκ τῆς ψυχῆς δὲ δαιμονιώδη κοὐ ἀνθρωπίνην, ἐκ δὲ ἀνθρωπίνης ἀγγέλες πάλιν κοὐ δαίμονας γένεσθαι, κοὰ ἔκαςον τάγμα τῶν ἐρανίων δυνάμεων, ἢ ὅλον ἐκ τῶν κάτω, ἢ ἐκ τῶν ἀνω, ἢ ἐκ τῶν ἀνω κοὐ τῶν κάτω συνετηκένου, ἀνάθεμα ἔςω.

5. E'

e) fortalle avres. Harduin.

VI. Si quis dixerit, duplex exstitisse daemonum genus, constans ex animabus hominum, et ex praestantioribus spiritibus ad hoc delapsis; vnum autem animum ex omni vtique [] rationalium vnitate immotum manfisse, in Dei charitate et contemplatione: qui Christus, quum tuerit et rex omnium rationalium, vniuerfam praetergressus sit corpoream naturam, coelum et terram, quaeque funt intermedia; et quod mundus antiquiora ipsius exsistentia elementa habens in se subfistentia, siccitatem, humorem, calorem, frigus; et ideam, ad quam efformatus est, ita est factus: quodque sanctissima et consubstantialis Trinitas mundum non creaverit, et ideo sit genitus: sed mens, quam creatricem vocant, exsistens ante mundum, ipsique mundo exlistentiam largiens, genitum exhibuerit; anathema fit.

VII. Si quis dixerit, Christum, qui dicitur in forma Dei exsistere, et ante omnia faecula Deo Verbo vnitum, nouissimis diebus exinaniuisse semetipsum ad naturam humanam, misertum illius, quae sacta est, vt aiunt, multiplex prolapsio corum, qui erant in eadem vnitate: et quum vellet iplos rellituere, per omnes exstitisse, et diuersa corpora induisse, et nomina sumsisse, omnia omnibus factum: in Angelis Angelum, sed et in Virtutibus Virtutem, et in aliis ordinibus vel speciebus rationalium, congruenter fingulis transformatum fuisse: postea similiter nobis communicasse carni et languini, et factum esse hominibus hominem: et non confitetur, Deum Verbum exinanitum fuisse et [P] hominem factum fuisse; anathema lit.

VIII. Si quis non dixerit, Deum Verbum, consubstantialem Deo et patri ac sancto Spiritus, incarnatum et hominem sactum, vnum

ς. Εί τις λέγει, διττον πεφηνένας το γένος των δαιμόνων, συγκροτέμενον έκ τε ψυχῶν ἀνθεωπίνων, και ἐκ κεειττόνων καταπιπτοντών είς τυτο πνευμάτων, ένα δε VEV EX TRACTIS THE SHIPEV EVALOS TON LOYINOV animprov mara the Beias agains xof Deως ας, δν Χρισόν και βασιλέα γεγονότα πάντων των λογικών παραγαγάν πάσαν την σωματικήν Φύσιν, έρανόν τε χρή γην, χρή τα εν μεσφ, χομ ότι ο κόσμος πρεσβύτερα พิดัย พิสัยธ์ พิดัย พิดัย พิดัย พิดัย พิทัย τα, ξηεον, ύγεον, Δερμον, ψυχρόν, χομ την Ιδέαν προς ην ανετυπώθη, έτως γέγονε, καλ ότι έχ ή παναγία και όμοέσιος Τριας έδημιέςγησε τον κόσμον, και δια τετό έςι γενη. τός, ἀλλ' ὁ νές, ον Φασι δημικεγικόν, πεουπάξχων τε κόσμε, χού το Εναι αυτώ τῷ πόσμω παρέχων γενητον ανέδαξεν, άνάθεμα ἔςω.

ζ΄. Εί τις λέγει, Χρισον λεγόμενον έν μος Φη Θεδ ύπας χαν, και πρό παντων των αλώνων ένωθέντα τῷ Θεῷ Λόγω, ἐπὶ ἐσχάτων των ήμεςων κενώσας έαυτον πεος το ανθρωπινον, έλεήσαντα την, ως Φασι, γενομένην πολυσχεδή κατάπτωσιν των της αυτης έναδος, χαὶ ἐπαναγαγᾶν αυτθς βελόμενον δια πάντων γενέσθαι, κού σώματα διάφορα μεταμφιέσασθαι, και ονέματα κληρώσασθαι, πάντα πασι γεγενημένον. έν Άγγελ: ις "Αγγελον, αλλά κού εν Δυνάμεσι Δύναμιν, χωὶ ἐν ἄλλοις τάγμασιν ἡ ἔδεσι των λογικών άρμονίως έκάς οις μεταμορθώσθαι, άτα παραπλησίως ήμιν μετεσχηκέναι σαγκός κού αματος, κού γεγονέναι κού τοῖς άνθεώποις άνθεωπον, χού μη δμολογεί, τον Θεον Λόγον κενωθήναι τε και ένανθεωπήσαι, αναθεμα έςω.

ή. Εἴ τις μη λέγει, τὸν Θεὸν Λόγον τὸν ἐμοβσιον τῷ Θεῷ κοὴ Πατεὶ κοὴ ἀγίῳ Πνεύματι, τὸν σαρκωθέντα κοὴ ἐνανθεωπήσαν-Λα 3 ex sancta Trinitate, proprie Christum esse, sed abusiue; propter mentem, quae, vt aiunt, exinaniuit semetipsam, tamquam coniunctam ipsi Deo Verho, et quae proprie Christus dicitur; sed illum propter hunc Christum esse, et hunc propter illum esse Deum; anathema sit,

IX. Si quis dixerit, quod non verbum Dei incarnatum carne, animata anima rationali et intelligente, descendit ad inferos, et rursum in coelum idem ascendit: sed eum, qui ab ipsis dicitur mens, quem impie loquentes dicunt esse proprie Christum, factum cognitione monadis; anathema sit.

X. Si quis dixerit, Domini corpus post resurrectionem suisse aethereum et sigura sphaerica; et quod talia etiam reliquorum post resurrectionem sutura sunt corpora: et quod ipso Domino primum deponente proprium suum corpus, et omnibus similiter, abibit in nihilum natura corporum; anathema sit.

XI. Si quis dixerit, quod futurum iudicium significat omnimodam corporum abolitionem: et quod finis confictae fabulae est natura expers materiae: et quod in futuro [P] nihil eorum erit, quae constant materia, sed nuda et sola mens; anathema sit.

XII. Si quis dixerit, quod vniuntur Deo Verbo per omnia similiter coelestes virtutes, et omnes homines, et diabolus, et spiritalia nequitiae, vt ipsa mens, quae dicitur ab ipsis Christus, et quae in forma Dei est, et exinaniuit, vt aiunt, semetipsam: et quod sinis erit regni Christi; anathema sit.

XIII. Si quis dixerit, quod nulla re omnino Christus discrepabit ab vlla rationabilium creaturarum, neque essentia, neque cogni-

τα, τον ενα της άγιας Τριάδος, κυρίως Χριτον, άλλα καταχρητικώς, διά τον, ώς Φασι, κενώσαντα έαυτον νέν, ώς συνημμένου αυτώ τῶ Θεῷ Λόγω, καὶ κυρίως λεγόμενον Χριτον, άλλ ἐκᾶνον διὰ τἔτον Χριτον, καὶ τἔτον Χριτον, καὶ τἔτον δι ἐκᾶνον Θεὸν, ἀνάθεμα ἔτω.

- 3. Είτις λέγα, ότι έχ ὁ Λόγος τε Θεε σαρκωθείς σαρκὶ ἐμψυχωμένη, ψυχη λογικη καὶ νοερά, κατελήλυθεν εἰς τὸν ἀδην, καὶ πάλιν εἰς τὸν ἐρανὸν ὁ αὐτὸς ἀναβέβηκεν, ἀλλ ὁ παρ αὐτοῖς λεγόμενος νές, ὁν ἀσεβέντες λέγεσι κυρίως Χρισὸν, τη τῆς μονάδος γνώσει πεποιημένον, ἀνάθεμα ἔςω,
- ί. Εἴ τις λέγει, ώς τὸ τε Κυρίε ἐξ ἀναςάσεως σῶμα αἰθερίον τε κρὶ σφαιροειδες τῶ
 σχήματι, κρὶ ὅτι τὰ τοιαῦτα κρὶ τὰ τῶν
 λοιπῶν ἐξ ἀναςάσεως ἔςαι σώματα, κρὶ ὅτι
 αὐτε τε Κυρίε πρῶτον ἀποτιθεμένε τὸ ἴδιον
 αὐτε σῶμα, κρὶ πάντων ὁμοίως, εἰς τὸ
 ἀνύπαρκτον χωρήσει ἡ τῶν σωμάτων Φύσις,
 ανάθεμα ἔςω.
- ιά. Εἰ τις λέγω, ὅτι ἡ μέλλεσα κρίσις ἀναίρεσιν παντελῆ τῶν σὰμάτων σημαίνω, χοὰ ὅτι τέλος ἐτὶ τε μυθευομένε ἡ ἄϋλος Φύσις, χοὰ ἐδὲν ἐν τῷ μέλλοντι τῶν τῆς ὅλης ὑπάρξω, ἀλλὰ γυμνὸς ὁ νῶς, ἀνάθεμα ἔτω.
- ιβ΄. Ε΄ τις λέγει, ὅτι ἐνἔνται τῷ Θεῷ Λόγω ἔτως ἀπαραλλάκτως αι τε ἐπεράνιαι δυνάμεις, καὶ πάντες οι ἀνθρωποι, καὶ ὁ διάβολος, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ώς αὐτὸς ὁ νᾶς ὁ λεγομένος παρ αὐτῶν Χρισὸς, καὶ ἐν μορΦῆ Θεᾶ ὑπάρχων, καὶ κενώσας, ὧς Φασιν, ἐαυτὸν, καὶ πέρας ἔσεσαι τῆς βασιλείας τᾶ Χριςᾶ, ἀνάθεμα ἔςω.

XX. Superest, vt notitiam collectionum latinarum, quam promisi, subiungam, atque ita capiti huic de canonibus ecclefiasticis finem imponam. Fabr. De collection. latinis. conf. Douiat. Praenotion. etc. lib. III. cap. 22. sqq. p. 67. sqq. In Gallandii sylloge etc. tom. I. Coustant dist. de antiq. concilior. collectt. part. II. S. III - XI. p. 75. sqq. - Ballerin. Fr. de iisd. part. II. capp. I-XIII. p. 303-468. et de aliis collectionibus, et MSStis part, IV. capp. VII. XVIII. p. 609-676. — Caroli Sebast. Berardi diss. de variis sacr. can. collectt. ante Gratianum, obs. IV. de collectt. vetustis lat. quae peculiaribus ecclesiis adscribuntur, p. 702. sqq. — obs. V. de ceteris lat. collectt. antegratianeis, privato quorumdam studio elucubratis, p. 714. sqq. - Fuchs Biblioth. der Kirchenversamml. part. I. p. 297. sqq. vbi etiam MSSta recenset; - Spittler Krit. Vntersuchung des 60ten Laodic. Canons, S. 10-18. p. 41. fqq. — cel. Glück Praecognita etc. cap. III. fect. 2. S. 172-175. p. 426. Iqq. Harl.

1) Pro antiquissima omnium habendus todex tanonum etclesiae romanas, quem ex codice duplici Oxoniensi per Eduardum'") Bernhardum transmisso, ac Thuano primus vulgauit Paschasius Quesnellus cum Leonis magni operibus Paris 1675. 4. et Lugd. 1700. fol. Hic nempe ipli videtur codex, cuius, vt antiquioris, Dionyfiu Exiguus meminit, et cuius consussione testatur se impulsum, vt nouam ipse canonum editionem adornaret. In hoc canon vicesimus Nicaenus praetermislus, et canones Sardicenses cum Nicaenis ita permixti exstant, vt canones Nicaenos numeret XLVI. vel XLVII. vt in codice Atrebatenfi, (quem laudant lac. Pamtelius notis ad Cyprian, de vnitate ecclesiae, et Alanus Copus dialogo I. [P] aduersus nouatores Antw. 1573. 4. p. 57.) vel, vt in MS. Oxonienfi, XLVIII. Hinc Sardicenfes pro Nicaevis laudat Innocentius I. (an. 416. defunctus,) qui solos etiam Nicaenos canones a romana ecclesia receptos,

u) Male Edmundum vocat Quesnellus. Fabr. lerin. ibid. in ed Gall. Mogunt. in subiectis ad-Quesnell. disputant, et ibid. p. 75. sqq. Coustant

conf. Berard. l. c. in Gallandii fylloge I. p. 708. notata et p. 783. fqq. ac ib. p. 401. fqq. coutra sqq. - et p. 725 sqq. Quesnell. de cod. canonum eccl. rom. sed conferenda sunt quae Bal- in dist. S. III. Harl.

ceptos, alibi testatur: pro Sardicensi vicissim Nicaenum canonem adduxit Ferrandus diaconus: qua de Te, et quomodo codex ille nouis subinde incrementis sub Innocentio, Zosimo, Caelestino et Leone magno fuerit auctus, et excreuerit in illam capp. XCVIII, magnitudinem, consulere invabit laudatum Quesnellum dissertatione ad Leonem duodecima et decima quarta. Eamdem plane collectionem memorat Petrus Pithoeus, qui Dionysio Exiguo iuniorem ratus, tres eius cuoluit MStos codices, et post Dionyfium illius facit mentionem his verbis: Incertus, cuius exemplaria duo sunt in bibliotheca ecclefiae Bellouacenfis. Tertium habet frater Franciscus Pithoeus, hoc titulo: continet codex iste canones ecclesiasticos et constituta Sedis Apostolicae. Incipit autem a canonibus Nicaeni concilii, quibus admista sunt quaedam Sardicensis synodi capitula, eum praefatione et expositione sidei. Sequuntur canones Carthaginiensis synodi, Anquiritanae, Caesariensis, Gangrensis et aliarum plurium, (Carthaginiensis plenariae contra Pelagium et Caelestium, Mileuitanae, Chalcedonensis, Antiochenae, Laodicenae, CPolitanae, Theleptensis in Africa,) insertis (constitutionum imperatorum et) pontificum romanorum epistolis a temporibus Innocentii I. (qui episcopus rom, suit ab a. C. 402. ad 416.) ad S. Leonem, (qui fuit ab a, 440. ad 461.) cuius epistola 98. ad Porum, (Dorum,) Beneuentanum episcopum, eam collectionem, claudit. Inserta etiam Faustini prest. fides, libellus fidei Augustini, Cyrilli ad Nestorium et variorum ed Leonem etc,

2) De Gallicana ante Dionysium Exiguum collectione canonum haec Sirmondus praes. ad concilia Gallicana: Graecos quidem canones et Africanos onnes, quos Dionyfius in fua postea collectione posuit, atque epistolas pontificum, quarum decreta Dionysius excerpsit, et in ordinem redegit, habuisse in codicibus suis Gallor; iisque etiam ante Dionysii aetatem in conciliis suis vti solitos, docent inprimis synodi aliquot Dionysio ipso vel eius collectione antiquiores, vt Valentina, Regensis, Arelatensis II. Agathensis, et Epaonenfis, in quibus citatos videmus graecos canones, Nicaenos, Laodicenos et Ancyranos, non ex Dionysiana translatione, quae nondum erat, sed ex altera vetustiore apud Gallos tum recepta: illa ipsa nimirum, quae apud Isidorum Mercatorem legitur, et quam Laur. Surius in editione conciliorum cum Dionysiana [P] interpretatione coniunxit. dimus et ipsi antiquae huius versionis exemplaria non pauca, tum in his optimae prae caeteris notae quatuor, in Anicienfi, Corbeienfi, Remenfi ac Fossatenfi. Fabr. Conf. Pasch. Quesnelli diff. III. de primo vsu cod. canonum Dionysii Exigui in Gallicania regionibus, in Gallandii sylloge etc. I. p. 851. sqq. at conf. Ballerin. adnotatt. et subnexas et adiectas. Iidem Ballerinii l. c. p. 409. fqq. part. II. cap. 10. copiose agunt de collectionibus Gallicanis: hinc in §. 1. docent, vetusios codd. canonum apud Gallicanos plures priuato studio esse conditos, nullum publica auctoritate digestum et editum, iidemque agunt de celebrioribus huiusmodi codicibus, ac praesertim de Vatic. Palat. DLXXIV. in quo quae continentur, in §. 2. p. 412. sqq. singulatim lateque explicant: in §. 3. p. 419. sq. recensent eiusd. cod. additamenta: in §. 4. p. 420. sqq. de collectione Gallicana in cod. Vatic. MMMDCCCXXVII. et in §. 5. p. 423. sq. recenfent aliam gallicanam collectionem, quae exstat in MS. Colbertino MMMCCCLXV. — Iid.

Iid. ibid. p. 500. sqq. eap. IV. de collectione Hispanica eiusque codd. et quae in illa continebantur, quomodo disserat ab iis, quae Constantius edidit, de tempore, loco, et auctore illius etc. copiose disputant. Harl.

3) Dionyfius Exiguus, natione Scytha, monachus et abbas Romanus, rogatus a Stephano Salonitano episcopo circa a. C. 500. canones ecclesiasticos ex graecis exemplaribus vertit, quos hodie, inquit Cassiodorus c. 23. diuin. lect., vsu celeberrimo ecclesia romana complectitur. Scripsit haec Cassiodorus circa a. C. 556. Et Gallis etiam ignotam non fuille Dionysianam hanc canonum versionem, priusquam eius exemplar ab episcopo romano Hadriano sub Carolo magno acciperent, atque hac interdum vsos esse, Sirmondus probat ex antiqua collatione canonum e bibl. S. Benigni Diuionenfis, atque ex aliis eiusmodi monumentis, Caroli aeuo longe anterioribus, in quibus canones graeci promiscue nunc ex Dionysiana, nunc ex vetere illa proferuntur. Attamen certum eft, inquit, illos priscam illam libentius semper vsurpasse, eiusque vsum ad eadem vsque Caroli magni tempora frequentasse, idque declarat inter cetera Capitulare Aquisgranense Caroli eiusdem, quod totum graecis antiquae versionis austoritatibus refertum est, praeterquam in canonibus apostolicis, qui necessario ex Dionysiana citantur, quia alia tunc illorum versio nulla erat. Post haec vero sensim ab ea deslexere, codicemque canonum Dionyfianas collectionis per Hadrianum papam Carolo regi commendatum amplexi etc. Confer Paschas. Quesnelli diss. 16. ad Leonem magnum et Carolum le Cointe tom. 6. Annal. Francor. p. 44. seq. Habet haec Dionysii collectio

Canones 50. Apostolicos,

Canones 59. Concilii Laodiceni,

20. Concilii Nicaeni,

3. Concilii CPol.

24. Ancyrani,

27. Chalcedonensis,

14. Neocaesariensis,

21. Sardicensis,

20. Gangrensis,

138., Carthag. et diversor. conciliorum Africanae provinciae.

25. Antiocheni,

Editionem huius codicis Dionysiani, sed ex interpolato, vt videtur,) codice debemus Christoph. Iustello Paris. 1628. 8. vnde in tomo primo bibliothecae canonicae recusus est.

v) Vide Paschas. Quesnellum p. 774. seq. ad Leon. Fabr. Conf. Ballerinios in Gallandii sylloge etc. I. parte III. p. 471. sqq. de collectionibus Dionysii Exigui, et ceteris, quae a Dionysio profecerunt: et quidem S. 1. post Cassiodorii testimonium de Dionysio adlatum duas collectionis Dionysianae partes cum continuata numerorum serie in canonibus gr. describunt, docentque, Iustellum duo additamenta, a Dionysio aliena, in secunda parte recepisse, purosque Dionysii codd. esse raros, nec cum Hadrianeis consumendos. Vol. XII.

In S. 2. de eius collectionis praestantia; num Dionysius primus collegerit decretales romanorum pontificum, (ignorauit duas antecedentes versiones, alteram Marii Mercatoris, alteram, insertam interpretationi antiquae synodi Ephesinae;) atque ostendunt contra Quesnellum, ab eo priorem saltem partem, ad canones pertinentem, sub Symmacho et sorte etiam sub Anastasso II., alteram autem sub Symnacho circ. 2. 499. esse vulgatam. In S. 3. describunt cod. Vatic. Palat. DLXXVII. qui solam primam collectionis continet est, vna cum eiusdem Dionysii Exigui collectione decretorum sue epistolarum pontificum romanorum, de qua supra s. VIII. Tituli canonum cum epistola Dionysii ad Stephanum Salonitanum prodierunt Paris, 1609. 8. [P] e Nic. Fabri codice ad calcem codicis canonum veteris ecclesiae romanae, de quo statim sum dicturus.

4) Dionysium in plerisque omnibus sequitur codex canonum Carolo M. missus circa 2. C. 787, ab Hadriano papa, ") et adiuncta recentius habens decreta pontificum víque ad Gregorium II. (de quibus supra pag. 159.) quae saeculo nono labente Gallis Nicolaus papa commendauit. Haec est collectio, quae apud Burchardum Nucleus canosum, et Corpus canonum adpellatur a Nicolao I. et Leone IV. can, si Romanorum dist. 19. et can. de libellis dist. 20. et cap. 2 de pracbend. extr. Continet et haec conciliorum canones eosdem, quos Dionysiana συναγωγή, versos e codice graeco orientali, quem a Io. Tilio editum, dixi p. 37. ed. vet. et ed. nou. p. 195. praeterquam quod Graeci collectioni fuae inferuerunt fynodum Carthaginienfem, cui S. Cyprianus interfuit, quam Latinorum corpus non admilit, perinde vt nec canones postremos XXXV, apostolicos, vel quaecumque post Africanos canones apud Tilium sequentur. Primum editus est. (satis emendate, iudice Petro Pithoeo, nisi quod in Africano concilio quaedam transposita sunt,) Moguntiae 1525. fol. in aedibus soh. Schoeffer cum praesatione lo. Wendelftini, data Francofutti ad Moenum, qui ex tribus codicibus MStis illum vulgare fe testatus, scribit canones Ephesius XII. qui apud Dionysium etiam desiderantur, ex vno Titulus collectionis in editione Moguntina est: Canones tantum codice se addidisse. apostolorum, veterum conciliorum constitutiones, decreta pontificum antiquiora. Sed a Franc. Pithoeo, qui, nomine suo praeterito, curauit editionem Parissensem a. 1609. 8. Codex canonum vetus ecelefias romanae: cum eiusdem Francisci Pithoei eruditis notis splendide reculus est Paris, 1687. fol. additis Fulgentii et Cresconii breuiationibus canonum, quae in priore edit. Parisiensi etiam subiiciebantur, et Petri Pithoei fratris miscel-

met partem, valde diuerlam a secunda, quam Dionysius secundis curis digessit. In cap. tertio de collectione additionum Dionysii, potissimum ex codd. Vatic. MMMMMDCCCLIV. et Vallicellano vberius declarata. Sed omnium, quae Balletin, de collectione Dionysiana docte lateque disputarunt, commemoratio aliena videtur a no-Aro instituto. Add. Buddei Isagogen- ad theolog. vniuers. tom. poster. p. 758. sqq. et p. 760. de cod. ab Hadriano P. R. Carolo M. dato. -Espen. disp. de collect. Dionysii Exigui, in eius opp. - Assemann. in bibl. iuris orient. carron. lib. I. cap. 3. p. 57. fqq. vbi quaedam Ballerinio-rum iudicia reprehendit. — Spittler in: Geschichte des kanon. Rechts p. 134. sqq. 149. sqq. 151. sqq. vbi in nota quaedam contra Ballerin. ex Ernesti bibl. theol. tom. IV. p. 880. fq. addu-

cuntur; - Schroeckh: in christl. Kirchengesch. part. XVII. p. 382.-591. copiose disputat iudicatque de eius collect. et contra Spittlerum cum Hennigio in comment. de collectione canonum et decretorum Dionyfiana, dominationis pontificiae fautrice, Lips. 1769. 4. studii partium, ad auctoritatem pontificis rom. stabilicudam, Dionyfium facit reum, et in quibusdam aliis discedit a Spittlero ac Ballerinis, etc. — Cel. Gluck in Praecognitis etc. cap. III. fect. 2. S. 172. p. 427. sqq. C. G. F. Walch. Grundsätze der Kirchengesch. des N. T. part. II. p. 906. sqq. Ge. Sigism. Lakics in Praecognitis iuris eccles. vniversi Viennae 1775. 8. cap. II. S. 26. de Dionysii cod. S. 27. de eius auctoritate, p. 39. sqq. Harl. w) Vide Iuttelli bibl. canonicam tom. I. ante

miscellaneis ecclesiasticis, in quibus 1.) opusculum de graecis latinisque antiquis bibliorum interpretibus, auchius quam anno 1609. 4. Carolus Labbeus inter Petri Pithoei opera ediderat p. 342. 2.) Nicephori CPol. slichometria, siue canon librorum scripturae S. graece et lat. p. 367. 3.) Historia controuersiae veteris de processione Spiritus S. p. 355. 4.) Fides Isatis siue Isaaci ex Iudaeo, cuius meminit Gennadius cap. 26. de script. eccles. Incipit: Quinque sunt [P] omnia quae sunt p. 362. 5.) Polycrates de martyrio S. Timothei, discipuli S. Pauli, apostoli, primi patriarchae Ephesiorum metropolis Asiae, ex actis synodi Ephesinae; latine, incipit: multi multas historiar et vitar p. 366. 6.) Ordo Cameracensis et Atrebatensis ecclesiae, qualiter diebus dominicis vel festiuitatibus fanctorum agendum est p. 368. 7.) Sortes apostolorum ex collectione synodorum P. Pithoei p. 370. 8.) Catalogus synodorum ecclesiasticarum et epistolarum decretalium ex collectione adhuc inedita Petri Pithoei p. 374-386. 9.) Differtatio de anno romano, tam prisco quam Iuliano et Gregoriano, seu potius Liliano p. 386.389. 10.) Abbonis, abbatis Floriacentis, (circa a. C. 970.) Apologeticus aduerfus Arnulphum epifc. Aurelianenfem ad Hugonem et Robertum reges Franeorum, ex bibliotheca D. Claudii le Peletier p. 395-402. Eiusdem Abbonis et aliorum quorundam epistolae XIII. p. 402-429. Formulae antiquae Alsaticae XXVII. p. 434-448. Fabr. Harzheim tribus codd. vfus, in concil. German. tom. I. qui p. 131. memorat cod. vet, aeuo Caroli M. scriptum, sed alteram cod. sui partem omilit. — Conf. Ballerin. Fr. 1. c. part. III. cap. 2. tom. I. Gallandii syllog. p. 485. sqq. vbi singillatim et distincte agunt de discrimine Hadrianae collectionis a Dionysiana, ex additamentis potissimum orto, atque de codd. Vatican. praesertim de cod. MCCCXXXVII. qui quaedam peculiaria in prima canonum parte continet. — In ead. Gallandii fylloge I. p. 119. sqq. Coustant de eadem collectione. — Discrimen Hadrian. ac Dionysianae collect. et additamenta in vtraque Hadrian. collect. parte aliaque et p. 178. in nota b. editiones indicat Spittler in: Gesch. etc. J. 45. p. 170. sqq. — Io. Christ. Rudolph de codice can, quem Hadrianus P. Carolo M. obtulit, Erlangae 1754. 4. — Eiusd. noua commentatio de cod. canonum, quem Hadrianus I. P. R. Carolo M. dono dedit. Erlangae 1777. 8. (conf. Erlang. gelehrte Anmerk. a. 1777. nr. XIV. p. 113. sqq.) — Douiat. Praenott. etc. I. p. 495. sq. tom. II. p. 65. sq. ibique Schotti not. - Lakier in Praecognitis iur. eccles. vniuersi, cap. II. S. 32. p. 52. sq. de hac collect. et altera, cuius auctorem Agilramnum esse putat, ad aliorumque testimonia prouocat. — cel. Glück Praecognita etc. p. 428. sqq. qui obseruat, in Voëlli et H. Iustelli bibl. iuris can. I. p. 97. Igg. et in Harzhemii tom. I. concil. Germ, esse collectionem Dionysio-Hadrianeam, non, puram Dionysianam. Harl.

5) Epitome siue compendiosa traditio canonum, quam Hadrianus pontifex Carolo magno traditur Romae obtulisse a. C. 774. edita primum ab Henrico Canisio tom. VI. lect. antiqu. Ingolstad. 1604. 4. [p. 413. at in ed. Basnag. s. Thesauro monimentor. eccl. tom. II. p. 266. sqq.] deinde in tomis conciliorum Labbei tom. 6. p. 1800. et Harduini tom. 3. p. 2033. recusa, in qua canones apostolici XLV. Ancyrani XXIV. Neocaesarienses XV. Gangrenses XX. Antiocheni XXV. Laodiceni LIX. Sardicenses XXI.

Carthaginienses XXXIII. et diuersorum Africanae prouinciae CV. 2) Ab his diuersa sunt capitula LXXX. de episcoporum iuribus, quae ex graecis et latinis canonibus et synodis romanis atque decretis praesulum ac principum romanorum sparsim collecta, Ingilramo Mediomatricae vrbis episcopo idem Hadrianus 9) papa Romae tradidit a. C. 785. quae cum Antonii Augustini notis leguntur in tomo tertio conciliorum Binii s. 1618. p. 436. et tom. VI. Labbei p. 1828. et sine illis notis tom. III. Harduini p. 2061. 2) Illorum auctoritatem, quibus obtemperandum libenter subscripserat Hincanarus Laudunansis, adspernatur Hincanarus Rhamensis c. 24. tom. 2. opp. p. 475. et c. 36. p. 526.

- 6) Fulgentii Ferrandi diaconi Carthag. qui circa a. C. 540. clatuit, et cuius praeter Cresconium meminit Gratianus dist. 63. breuiatio [P] canonum ecclesiasticorum, capitu-
- x) At integram collectionem, non epitomen obtulit Hadriamus, vti, notantibus Balleriniis l. c. p. 491. Sirmondus tom. VIII, col. 565. tom. II. concil. Gall. pag. 127. iam observauit, qui, , atqui constat, inquit, oblatam suisse non epitomen, sed integram collectionem tum canonum, ex quibus epitome illa deinceps constata est, tum decretorum etiam pontificum a Siricio ad Gregorium iuniorem. 4 Harl.
- y) Vel potius Hadriano obtulit Ingilramus. Vide Baluz. S. 4. praef. ac Anton. Augustin. de emendatione Gratiani: eumdem in notis ad Anton. Augustin. p. 491. 492. et Carolum le Cointe tom. VI. Annal. Francorum p. 263. sq. Fabric. De auctore huius collectionis variae funt variorum doct. sententiae. Alii, iique plures, in his Douiatius, Hadrianum ipsum suisse auctorem, perperam arbitrantur; alii, vt Baluzius in prae-fat. ad Augustinum, loco a Fabric. citato, (etiam Lakics loco paullo ante ad nr. 4. citato, Espen in diss. de capitul. vulgo Hadriani, aliique,) Angelramnum potius auctorem faciunt, decepti nonnullorum codicum inscriptione; alii eam collectionem ignoto compilatori adferunt, in quam opinionem iam inclinauit Blondellus in Pseudo -Isidoro Prolegg. cap. V. p. 20. cam vero data opera adstruxit Car. Blascus in peculiari diatr. de Capitulis, Hadriano I. papae vulgo tributis, adiecta cius Commentario de collect. Isidori p. 221. (rec in Gallandii fylloge, tom. II. p. 151. fqq.) statuitque, et probat argumentis, illa capitula non multo ante a. 875. ex Pieudo-Isidori

decretalibus, et ex capitularibus Benedicti Leuitae fuisse depromta, atque Hadriano supposita, ad fidem iisdem pseudo - decretalibus conciliandam: cui sententiae subscriptisse videtur Schottus in longa nota, in qua superius scripta paullo latius explicat, ad Douiate Praenott. lib. III. cap. 21. tom. II. p. 62. sq. Douiat. autem de iis capitulis et Angilramno pag. 64. sqq. plura subiicit. Spittler in: Meuselii Geschichtforscher, part. IV. p. 92. sqq. in comm peculiari, inscripta: Entdeckung des wahren Verfassers der Angilramnischen Kapitel, plura in hanc rem disputat. Primum vulgarem de Angilramno et ortu capitulorum sententiam breuiter repetit, ablegatque ad Horrix. commentat. de adpeilationibus: vid. Concordata nationis germ. integra, variis additamentis illustrata, tom. II. p. 147, 149. Tum docet, fub Carolo M. Angilramnum illa capitula conficere haud potuisse, adeoque nec illum, nec Hadrianum ipsum, sed probabiliter episcopum quemdam in dioecesi Moguntina, neque tamen Riculphum, antequam episcopatum Moguntinum esset adeptus, (vti Douiat. l. c. p. 65. opinabatur,) suisse corum parentein aut compilatorem, et, quod illius impostoris suerit consilium, curatius inquirit. Add. Ballerinios de antiq. collect. etc part. III. cap. 6. p. 533. sqq. tom. I. Galland. fyllog. Harl.

2) Augustinus numerat non nisi 72. capitula; octoginta vero in Harduini conciliis. Exitant quoque in *Harzhemii* concil, germ. tom, I. pag. 249-258. *Harl*.

pitulis CCXXXII. 50 contrahens praecipua, quae continentur canonibus conciliorum Aucyrani, Anquiritani, Antiocheni, Carthaginien fium, Cellenfis fiue Zellenfis, Constantinopolitani, Gangrenfis, Hipponenfium, Iucenfis, Laodicenfis, Macrianenfis, Marazianenfis, Mazaranenfis, Mileuitani, Nicaeni, Nouaecaesarienfis, Sardicenfis, Septimunicensis, Soffetulensis, Tenitani et Tusduritani, et denique Zellensis ex epistola Siricii papae. Variis naeuis scatere hanc breuiationem docet Quesnellus differt. XV. ad Leonem Magnum p. 738. et pluribus oftenfurus erat Franc. Florens in noua Ferrandi edi-Primus edidit cum Cresconio, (de quo mox) Franc. Pithoeus ex codice MS. ecclesiae Trecensis siue Tricassinae Paris, 1588. 8. deinde ad calcem codicis canonum ecclesiae romanae Paris. 1609. 8. Inde cum Dionysii Exigui collectione canonum Christoph. Instellus Paris. 1628. 8. Hinc post Antonii Dandini Alteserrae editionem, Augustoriti Pictonum 1630, 8, in que indiculus brevietioni entiquus cum notis adnectitur, et post editionem Petri Franc. Chifletii S. I. Divione 1649. 4. recusa est haec breviatio in tom. I. bibliothecae canonicae Voëlli et Iustelli tom. I. p. 418. Paris. 1661. fol. et in bibliotheca patrum Lugd. 1677. tom. IX. ex Chistetii editione: et cum codice canonum ecclesiae romanae et P. Pithoei miscellaneis ecclesiasticis Paris, 1687. fol. Fabr. Conf. de Fulgentio et Cresconio supra ad S. XVIII. nr. 10. 11. et 14. Flau, Franc. de Hautesere a Salvaison notae et animaduerss. ad indiculos ecclesiasticor. canonum Fulgentii Ferrandi et Cresconii Afri: quibus in hac repetita edit. subnexae sunt Petri Fr. Chistatii notae in eadem Fulgentii Ferr. et Cresconii opusc, praemissus est contextus Fulg. Ferrandi breuiationis canonum et Cresconii breuiarii canonum, in Meermanni thelauro iuris ciu. et canon. tom. I. p. 133-238. Harl.

- 7) Compendium sacrorum canonum, quibus ecclesia praesertim Hispanica regebatur ab ineunte texto sacculo vsque ad octaui initium. Hoc primus edidit illustriss. cardinalis Insephus Sacra de Aguirre tomo tertio collectionis maximae conciliorum Hispaniae, Rom. 1694. fol. putatque, esse ipsam, de qua iam dixi, Ferrandi breviationem, sed auctam atque interpolatam, additis conciliis et decretis post Ferrandi obitum sancitis.
- 8) Cresconii siue Crisconii, episcopi Africani, qui cirea annum Christi 690, vixit, Concordia libri canonum, siue breuiarium canonicum ad Liberinum episc. per titulos CCC. bb) ex canonibus apostolorum et Nicaenis, Ancyranis, Neocaesariensibus, Gangrensibus, Antiochenis, Laodicensibus, Chalcedonensibus, Sardicensibus, Carthaginiensibus, nec non ex decretis praesulum Siricii, Innocentii, Zosimi, Caelessini, Leonis [1] et Gelasii. Editum primum a Francisco Pithoeo a. 1588. cum Ferrandi breuiatione canonum, et cum eadem in editionibus supra memoratis toties recusum, etiam in tomo primo bibl. canonicae Voëlli et Iustelli, vbi etiam duplices indices harmonici in Ferrandum et Cresconium exstant, et in adpendice praeterea p. 33-112. eiusdem Cresconii Ff 3

aa) Non XXXII. vt errore typographi legus, bb) In codice Helmst, capita CCCIII. Vide in B Gebh Theod. Meieri historica relatione de eiusd. Meieri §. 26. collectionibus canonum §. 17.

liber canonum, canones ipsos et decreta eodem ordine per títulos trecentos descripta exhibens, ex codice MS. bibl. Claromontanae S. I. In codice MS. patrum oratorii romani Mabillonius pag. 69. itineris italici reperit hanc notam: consordia canonum a Cresconio Africano episcopo digesta sub capitulis trecentis. Iste nimirum Cresconius bella et vistorias, quas Iohannes Des. Patricius apud Africam de Saracenis gessit, hexametris versibus descripsit sub libris. Fabr. Conf. paullo ante ad nr. 6. inprimis Coustant et Ballerinos, supra ad S. XVIII. nr. 11. citatos: item Spittler. Gesch. des kan. Rechts p. 156. praecipue p. 164. sqq. — H.P.C. Henke disp. de Cresconii concordia can. eiusque cod. MS. Helmft. 1788. 4. et in Opuse. Acadd. p. 165-198. cuius argument. expositum est in Erlang, gelehrt. Anmerk. 1789. p. 79. Compara Ballerin. l. c. p. 586, S. VII. vbi, quomodo noua editio operis integra ad fidem codd, qui illud breuiarium integrum continent, exigenda fit, scite docent, de numero capitulorum bene monent, et, "retinenda, aiunt, est vulgata diuisio in capitula tercenta, quae plerisque et vetustioribus codicibus comprobatur. Quod, si duo codd. Vatic, MCCCXXXXVII. et Vatic. palat. DLXXIX. dividunt in capitula CCCI, alius autem cod. Helinstadiensis, laudatus a Fabricio, dividit in capitula CCCIII. id ex eo accidit, quia ynum aut alterum capitulum partiuntur in duo, ficut e contrario in MS. Vatic. reginae DCCCXXXXIX. praeferuntur capitula CCXCVII. quippe nonnulla in vnum coeunt. "Harl,

9) Martinus, natione Pannonicus, ex Dumienfi abbate Braccarenfis in Gallicia Hispaniae episcopus, capitula LXXXIV. ex orientalibus synodis collegit et ad concilium Lucense a. C. 572. milit, quae in lynodo etiam Braccarenfi II. a. C. 572. probata funt. [v, infra, in recentione concilior. editt. a. 572. Harl.] Citantur a Gratiano his titulis: ex synodo Martini papae, ex concilio Martini papae, ex synodico; non confundenda cum concilio Martini II. papae romani, habiti Romae contra Monothelitas a. C. 662, cuius meminit Beda lib. 4. histor. Angl. cap. 17. Citantur, vt notat Petrus Pithoeus, in ordine celebrandi concilii apud Iuonem Carnotensem part. 4. cap, 246. et apud Burchardum in fine ex synodo Salegonsiandiensi aut potius ex concilio Toletano IV. • Vide Ambrosium Moralem lib. XI. histor, Hispan. cap. 4. fol. 6. verso et lib. XII. cap. 24. fol. 127. Gregorium Turonensem lib. V. histor. Françor. cap. 387, et de virtutibus sancti Martini cap. 11. Item vide Toletanum concilium X. tom. 6. Labbei p. 467. In Martini capitulis nihil adfertur ex canonibus apostolicis, ") sed ex Nicaenis, Ancyranis, Antiochenis, Laodicenis, Neocaesariensibus, Gangrensibus, nec non Carthaginiensibus, Arelatenfis denique et Toletani concilii, ac Braccarenfis atque Agathenfis. Etiam ex capitularibus cap. 68. Prodierunt haec Martini capitula in conciliis Hispaniae, Garsiae a Loaysa an. 1593. et in Card. Aguirre tom. 2. pag. 327. In conciliis Labbei tom. 6. p. 902. [P] et Harduin. tom. 3. p. 391. [ac Mansii tom. IX. col. 846. sqq.] etiam cum Io. Doniatii notis in adpendice ad tomum I, bibliothecae canonicae Voëlli et Iustelli, vt supra p. 214. annotaui. Vide sis quoque Petrum de Marca VII. 18. 10.

cc) In editione Harduini tom. 3. pag. 394. ad XVIII. fed vitiose, nam legendum Antiochen. XX. canonem Martini XXVI. citatur canon Apost. vt recte habet Labbei editio.

de Concordia Sacerdotii et Imperii, et Quesnellum disf. 12. ad Leonem magnum pag. 657. [it. in Gallandii fylloge I. p. 752. fq. vbi vero et p. 799. X. v. Ballerin. obs.] et de Martino ipso acta sanctorum 20. Martii, et de ceteris eius scriptis Nicolaum Antonium in bibliotheca veteri Hispana lib. IV. cap. 3. Fabr. Ballerin. part. IV. cap. 2. in fylloge Gallandii, tom. I. p. 578. fqq. vbi etiam contra Quesnell. aliosque quaedam adnotantur. — Spittler in: Geschichte des kan. Rechts, §. 55. p. 199. sqq. de illo Martino, huiusque collect. canon. vel capitulorum, in duas sectt. diuisa, perite agit, et oftendit, Martinum capitula in vium priuatum non folum ex graecis fynodis, sed etiam ex latinis excerpfisse, interdum canones mutasse, ac nullius synodi omnes canones integros compilasse; quod autem in nonnullis codd, inscribebatur, capitula Martini papae, vltimum voc. per ignorantiam librariorum additum fuerit. Negat autem Spittler contra Lopez. de Barrera in exercitatione historica de antiquo codice canonum ecclesiae Hispanae, Romae 1758. 4. (qui capitula Martini paullo correctiora, quam Iustellus, edidisse dicitur,) istam compilationem fuisse antiquum genuinum ecclesiae Hispanae codicem canonum, atque in synodo Braccarensi II. probatum: verba enim in Mansi tom. VIII. col. 837. recitatis ergo capitulis, quae ne prolixitatem facerent, his gestis non sunt inserta, docet, non respicere Martini capitula, sed, vti ex connexione perspiciatur, capitula primae Braccarensis synodi, ab capitulis Martini valde diuersa in Mansi tom. VIII. col. 777. sqq. Add. eumdem Spittler S. 56. p. 207. nr. 42. in recensione collectionis Hispanicae; cel. Glück in Praecognitis etc. cap. III. sect. II. §. 173. p. 432. sqq. qui alios quoque VV. DD. laudat, et Schroeckh. in: christliche Kirchengeschichte, part. XVII. p. 392. sqq. qui de illo Martino, eiusque scriptis, praesertim de capitulis etc. multus est. Harl.

10) Isidorus Hispalensis, a. C. 633. desunctus, de quo suse idem Nic. Antonius lib. V. c. 4. et Henschenius in actis sanctor. ad 3. April. et Io. Mabillonius in saeculo secundo Benedictino, set ipse Fabr. noster in bibl. med. et inf. latin. tom. IV. pag. 183. 199. ed. Manfi, post Dionysium Exiguum conciliorum et decretalium collectionem et iple contexuit, quam decretum canonum Trithemius adpellat, cap. 232. de scriptoribus eccles. et Vincentius Bellouacensis XXIII. 31. speculi hist. librum epistolarum decretalium romanorum pontificum, canonumque conciliorum, ex quo Iuonis et Gratiani decreta tuerint excerpta., Huius videtur meminisse ipse Isidorus lib. VI. Originum cap. 16. whi post commemoratos quatuor synodorum canones: fed et si qua, inquit, funt concilia, quae fancti patres spiritu Darepsiloni pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem omni manent stabilita vigore, quorum gesta in hoc opere condita continentur. Diuersa est haec collectio ab illa Isidori Mercatoris, de qua mox, et supra p. 14. ed. vet. et ed. Sed de ista adhuc inedita Isidori Hispalensis ita Steph. Baluzius praetat. ad Reginonem Prumiensem: Dionysii studium imitatus postea est Isidorus, episcopus Hispalensis, qui praeter ea, quae in collectione Dionysis continentur, etiam diversa Africae concilia, tum Gallicanas et Hispanicas synodos in suam transtulit, epistolas quoque inserens eorum pontificum, qui post Damasum romanam cathedram tenuerunt, quam colkestionem posterorum diligenția auxit his conciliis, quae habita in Hispania sunt post tempora Isidori. Viderat unum collectionis illius exemplar vir illustrissimus et excellentissimus in omni genere laudis Antonius Augustinus, archiepiscopus Tarraconensis, illud ipsum fortassis, quod etiamnum exstat in bibliothèca ecclessae Vrgellensis in provincia Tarraconensi, in quo epistolae romanorum pontissium nullae exstant ante Damass ac Siricü tempora.

11) Isidori Mercatoris, siue Peccatoris, vel quicumque demum auctor suerit, praevalentis romanorum episcoporum potentiae, iure [P] iniuria amplificandae studiosissimus, Moguntinis praesulibus Ricolfo et Otgario, (non perinde Rabano,) probata collectio facta post 'a. C. 800. praeter epistolas decretales maximam partem commentitias pontificum, (de quibus supra pag. 14. seq. dd) ed. vet. et ed. nou. pag. 161.) complectitur fanctionum ecclefiafticarum farraginem ab canonibus apostolicis ad concilium Hispalenfe fecundum a. C. 617. liabitum, faepiusque prodiit ab a. 1524. in conciliorum tomis, licet parum distincta parumque sincera, vt pag. 17. ed. vet. et ed. nou. pag. 165. monere me memini. Auctor ipse in praefatione, inprimis conqueritur de codicum et interpretationum varietate, sed hoc oppido conturbat, quod diversae interpretationes vavias sententias faciunt, et licet unus sit sensus, diversae tamen sunt sententiae, aliae longiores et aliae breuiores. Ea vero concilia, quae graeco sunt edita stilo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conscripta reperimus. Deinde ordinem et rationem operis sui exponit his verbis: In principio vero voluminis huius, qualiter concilium apud nos celebratur, posuimus. — — Denique propter eorum auctoritatem ceteris conciliis praeposuimus canones, qui dicuntur apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, et sanoti patres eorum sententias synodali autforitate roborauerunt, et inter canonicas posuerunt constitutiones. Deinde quarumdam epistolarum decreta virorum apostolicorum inseruimus, id est, Clementis, Anacleti, Euaristi et ceterorum apostolicorum, quas potuimus ha $oldsymbol{arepsilon}$ enus reperire epistolas, vsque ad Siluestrum papam. Postmodum vero Nicaenam synodum constituimus propter austoritatem eiusdem magni concilii. Deinceps diversorum conciliorum graecorum et latinorum, five quae antea, five quae postmodum fasta sunt, sub ordine numerorum at temporum, capitulis fuis diftincta fub huius voluminis afpectu locamus, fubiicientes etiam reliqua deereta praefulum romanorum víque ad fantium Gregorium, et quasdam epiftolas ipfius, in quibus pro culmine sedis apostolicae non impar conciliorum exstat austoritas.

Catalogus conciliorum et außorum, quorum testimoniis Isidorus Hypobolimaeus viitur.

Ex Blondelli prolegomenis ad Pseudo-Isidorum pag. 57. seq.

Index

dd) S. VIII. vbi plura addidi; it. Fabr. no- landii syll. I. p. 141. sqq. ibid. p. 528. sqq. Bal-ster in bibl. mediae et inf. latin. tom. IV. p. 191. lerin. etc. part. III. S. V. VI. VII. cap. VI. etc. sq. ibique Mansium; Constant. dist. S. X. in Gal-Harl.



[F] Index conciliorum et canonum.

Canones apostolorum disti. Scripti videntur circa A. D. 200. Sunt enim velut adpendix libri octaui constitutionum, quarum sententiam de Phoenice circa A. D. 208. expressifie videtur Tertull. lib. de resurrect. cap. 13. et Dionysius Alexandrinus verba citauit A. D. 260. ως Φωνης Αποςολείης Euseb. teste lib. 7. c. 7. Concilium Antiochenum canonem 33. αρχαίον των πατέρων κανόνα vocauit A. D. 341. Omnes vero latine, (si Baronio credamus,) reddidit Dionys. Exiguus, circa A. D. 527.

Concilium Eliberitanum coactum A. D. 305.

Neocaesariense A. D. 314.

Arelatense I. eodem anno.

Nicaenum A. D. 325.

Antiochenum A. D. 341.

Sardicense A. D. 347.

Laodicenum circa A. D. 360.

Constantinopolitanum oecumen. A. D. 381.

CPolitan. aliud in caussa Eutychetis congregatum A. D. 448.

Carthagineuse I. A. D. 348.

II. A. D. 390,

III. A. D. 397.

IV. A. D. 398.

V. A. D. 401.

VI. A. D. 419.

Mileuitanum I. A. D. 402.

Africanum sub Theodoro papa A. D. 646.

Collectio dicta concilium Africanum, compilata ante A. D. 527.

Concilium Chalcedonense oecumen. congreg. A. D. 451.

Romanum sub Hilario A. D. 465.

sub Felice III. A. D. 487. et Gelasio A. D. 494.

sub Symmacho I. et III. A. D. 499. et 501.

IV. A. D. 502.

fub Martino A. D. 649. fub Gregorio II. A. D. 721.

Agathense A. D. 506.

Aurelianense V. A. D. 552.

Parif. III. post A. D. 559.

Parisiense sub Ludouico Pio A. D. 829. Hispalense II. A. D. 619.

Con-

Vol. XII.

Concilium Toletanum VI. A. D. 619.
VIII. A. D. 653.
X. A. D. 656.
XI. A. D. 675.
Braccarense III. eodem anno-

Series episcoporum vrbts.

Iulius I. sedit is ab A. D.	337.ad 352
Damafus	367. 382. aut 384
Siricius	385. 398
Innocentius .	402. 417
Zosimus	417. 418
Bonifacius	418. 423
Caelestinus	423. 432
Leo	440. 461
Hilarius	461. 467
Simplicius	467. 483
Felix III.	483. 492
Gelasius	492. 496
Anastasius II.	496. 498
Symmachus	498. 514
Hormifda	514. 523
Vigilius	540. 555
Gregorius I.	590. 604
Agatho	678. 682
Gregorius II.	714. 731
Gregorius III.	731. 741
Zacharias	742. 752
Hadrianus	772. 795

Notitia dosforam et historicorum ecclesiasticorum.

Austor recognitionum Clementis Romani nomine scriptarum. Vixisse videtur circa A. D. 180. vel 200. quum Basilius et Nazianzenus Philocaliae cap. 22. testentur Origenem tom. 3, in Genesin, ex libro [P] recognit, 10. binas paginas descripsisse: Russinus, cuius versione Pseudo-Isidorus vsus est, eam dicauit Gaudentio, ecclesiae Brixiensis antistiti, quem in locum Philastrii A. D. 386. subrogatum constat.

Author primae Clementinae vel idem cum superiore vel coaeuus. Falsarius versionem a Russino elucubratam desiorauit.

Eusebius

Eusebius Caesariensis scripsit ad Caesarienses suos A. D. 325. obiit 340.

Athanassus Magnus sedit ab A. D. 326. ad 372. apologiam de suga sua scripsit A. D. 354.

Hilarius Pictauiensis scripsit de SS. Trinit. post A. D. 356. obiit A. D. 369.

Ithacius Clarus Offonobenfis claruit circa A. D. 385.

Gregorius Nazianzemus, Sasimorum episcopatui praesectus A. D. 371. obiit anno 389. Maii 9.

Ambrofius Mediolanensis sedit ab A. D. 374. ad 397.

Prudentius natus A. D. 332. coepit de rebus sacris scribere A. D. 389. vitae 57. Apotheosin vero elaborauit post idololatriam ab imperatoribus prosligatam, vel anno 391. a Valentiniano, Theodosio et Arcadio impp. vel anno 395. ab Arcadio et Honorio.

Austor commentarii in Paulum, Ambrosio adscripti, vixisse videtur circa A. D. 380.

Hieronymus floruit ab A. D. 372. ad 420.

Austor epist. ad Oceanum de moribus Clericorum, tom. IX. Operum Hieronymi in-sertae, quando vixerit incertum est, post A. D. 500. scripsisse verisimile est.

Augustinus Hipponensis episc. sedit ab A. D. 395. ad 430.

Cyrittus Alexandrinus sedit ab A. D. 412, ad 444. scripsit aduersus Theodorum Mopsuestenum circa A. D. 436.

Eucherius Lugdun. vel (vt alii volunt,) Eusebius Gallicanus floruit circa A. D. 440, Eucherium Martiano et Valentiniano regnantibus, id est, ante A. D. 455, obiisse vult Gennadius de viris illustr. at a. 449, praecise, Pithoei Prosper.

Attieus CPol. sedit ab A. D. 405. ad 425. ad Afros scripsit A. D. 422.

Proclus CPolitan, sedit ab A. D. 433. ad 446. scripsit ad Dominum Antiochenum in gratiam Athanasii Perrheni ante A. D. 444.

Flauianus CPolitan. sedit ab A. D. 446, ad 449. vel 450. scripsit ad Leonem papam anno 448.

Prosper Aquitanieus sloruit ab A. D. 427. ad 457. vel 466. si Baronium sequamur; libros de vita contemplatiua circa A. D. 450. scripsisse videtur [P] post obitum Hilarii Arelatensis, cui Rauchnius anno 449. successit. Vide lib. 2. cap. 9.

Petrus Rauennas, Chrysologus dictus, scripsit ad Eutychem. A. D. 448.

Gg 2



Socra-

Socratés perduxit historiam ad A. D. 439.

Theodoretus Cyrenfis scripsit hist. eccl. ante concilium Ephesinum, ") Baronio teste ad A. D. 427. §. 28. eumdem ab anno 423. ad 453. sedisse vult Baronius idem, sed salso, quum Gennadius et ex eo Beda de 6. aetatibus; Ado in Chronico, et Freculphus tom. I. lib. 5. cap. 18. diserte doceant, eum vsque ad imperium Leonis senioris hist. deduxisse sub mortuum: Marcellin. ad A. D. 466. eumdem de Incarnations Domini aduersus Eutychem et Dioscorum scripsisse vult, quod confirmant Beda, Freculphus, Ado, Honorius. Sed et Theodoretus ipsemet quaest. 38. in Deuteron. a Iudaeorum dispersione, quam circa A. D. 73. contigisse putat Baronius, quadringentos ad sua tempora annos numerat.

Sozomenus historiam continuauit ad A. D. 411.

Austor astorum Syluestri fabulas suas commentus videtur circa A. D. 440. vel 450. eas enim Gelasii tempore Romani legere consueuerant.

Ennodius claruit circa A. D. 488. decretum de Cellulanis scripsit anno 502. Antonii vitam post annum 488. Apologeticum pro Symmacho papa anno 503. Ticini sedit ab anno 515. ad 521.

Benedicius Abbas eremum petiit A. D. 494. Cassinense monasterium fundauit post annos aliquot; circa idem tempus regulam scripsisse, anno 546. obiisse videtur Totila reguante. Vide Greg. dial. lib. 2.

Cassiodorus historiam tripartitam concinnauit circa A. D. 545. eius enim meminit cap. 17. Lectionum divinarum, quas synodi V. tempore scriptas ex cap. 5. colligere est. Liberatus paullo post obitum Vigilii ex eadem historia sententiam Socratis de Nestorio eruit.

Venantius Fortunatus floruit circa A. D. 590.

Isidorus Hispalensis sedit ab A. D. 600. ad 636. libros de officiis ante A. D. 633. quo synodus Tolet. IV. congregata est, scripsit; eos enim dicauit Fulgentio Assigitano fratri, cuius successor Abentius dicto concilio Toletano subscriptus reperitur. Synonyma post A. D. 614. scripsisse videtur: tunc enim Ioannes Caesaraugustanus Braulionis, (cui nuncupata haec lucubratio est.) frater nondum Maximo successerat; est autem verisimile, Braulionem sub fraterno regimine archidiaconatu, quem exercebat, quum ad eum Isidorus scriberet, auctum suisse. Quo tempore sententias scripserit, non liquet.

[] Sergius Cypri archiepisc. ad Theodorum papam A. D. 643. epistolam dedit.

Victor Carthag. ad eumdem Theodorum scripsit A. D. 646.

Stephanus Dorensis episc. et gracci Archimandritae libellos Martino I. et synodo Lateranensi obtulerunt A. D. 649.

Maurus

ee) Male Nicaenum apud Blondellum legitur.

Digitized by Google

Maurus Caesenas, Maximus Aquileiensis, et Deus dedit Caralitanus, quorum verba mutuatur epistolarum decretalium effictor, eidem synodo intersperunt.

Libri pontificalis scriptor vixisse videtur ante A. D. 700. citatur enim a Beda, Amalario Fortunato, Walafrido Strabone, et aliis, Anastasio bibliothecario, quem Bellarminus, Baronius et alii auctorem credunt, antiquioribus.

Bonisacius Moguntinus sedit ab A. D. 719. ad 754. Annales a Pithoeo editi, Hincmarus Remensis epist. 6. c. 29. Epitome ad hist. Bedae, Hermannus Contractus in Chron. Baronius tamen ab A. D. 723. ad 755. pontificatum tenuisse vult; auctorem vitae eiusdem Bonisacii recentiorem Hincmaro, (ni fallor,) sequutus.

Citat praeterea Pseudo-Isidorus:

Eangith siue Cangith abbatissae, epistolam ad Bonisacium Moguntinum scriptam. A. D. 721.

Constantini iunioris epist. ad Alexandrinos datam A. D. 338.

Theodofiani codicis libri II. tit. 1. const. 4. dat. a. C. 379.

10. const. 2. et 3. dat. a. C. 321.

18. const. 1. dat. a. C. 321.

IV. tit. 16. const. 2. dat. a. C. 379.

IX. tit. 1. confl. 6. dat. a. C. 334.

10. dat. a. C. 373.

12. dat. a. C. 374.

vlt. dat. a. C. 423.

6. const. 3. dat. a. C. 397.

vlt. dat. a. C. 423.

X. tit. 10. const. 2. dat. a. C. 313.

2. dat. a. C. 319.

30. dat. a. C. 335.

[] XVI. tit. 2. const. 23. dat. a. C. 376.

40. dat. a. C. 412.

41. dat. eod. anno.

Nouell. Neminem exhiberi etc. script. A. D. 450.

Aniani Comitis interpretationes, editas A. D. 506. Alarici regis 22. Messala et Areobinda Coss.

Iufti-

- Iustiniani constitutionum A. D. 545 promulgatarum aduersus tria capitula, libros nimirum Theodori Mopfuesteni, Theodoreti reprehensiones 12. anathematismorum Cyrilli Alexandrini, et Ibae Edesseni epistolam ad Marim Persam, 📌

Citat denique ex haereticorum lacunis t

Acacii CPolit. epist. ad Simplicium papam A. D. 476. dat.

Pauli Constantinopolit. Monothelitae epist. ad Theodorum papam seript. A.D. 646.

Constantis imp. typum in gratiam Monothelitarum promulgatum a. C. 648.

Ex Iudaeis Philonem.

Ex Ethnicis Sixtum pythagoreum, cuius sententias e graecis latinas secit Russinus, Hieronymo teste, aduersus Pelagianos ad Ctesiphontena, in 22. cap. Hierem. et in 18, cap. Ezechielis,

12) Theodori, Cantuariensis archiepiscopi, a. C. 690. defuncti act. suae a. 88. quem Tarlo Ciliciae natum Vitallianus papa Romae ordinauit et in Angliam misit, capitula ecclesiaflica CXX. apud Dacherium tom. IX. spicilegii, seed edit. nou. Paris. 1723. tom. I. pag. 486. Harl.] et concil. Labbei tom. VI, pag. 1875. et Harduin. tom. III. pag. 1771. Eiusdem Theodori Poenitentiale omnium toto occidente antiquissimum, editum a lacobo Petito, Paris, 1679. 4. f) Non integrum illud quidem, sed quale ex duobus codicibus bibl. Thuanae dare potuit, praecipus faltim eius capita complectens. Titulos capitum LXXVIII. ediderat Henrieus Speelmannus Lond. 1639. fol. tom. 1. conciliorum Angliae, ad a. 668. [vbi quoque Theodori vitam describit; p. 152. sqq. Harl.] atque ex eo Petitus p. 83. qui plurima similis argumenti ex priscis poenitentialibus libris et canonibus adiunxit, atque eruditis notis ac dissertationibus Theodorum illustrauit. windicauitque aduerlus Io. Morinum et alios, nouitatis eum arguentes. Integriorum codicum MSS. Vaticani et duorum anglicanorum mentionem facit Bailletus: 45) Le present, que Mr. Petit a fait au public, servit plus [] complet, s'il nous avoit donné le Penitentiel de Theodorg sur quelque Manuscrit qui eust esté entier, tel qu' est celuy de la Bibliotheque du Vatican, qui a esté lu et loué par Baronius, (ad a. 51. n. 24. et alibi) et deux autres qui sont en Angleterre, dont parle Speelmann. Sed Cantabrigiae quidem in biblioth. Benedicti codicem illum integriorem Speelmanno laudatum hodie adhuc superesse negat Caueus; hh) codice vero, qui in illa bibliotheca seruatur, et cuius apographum Parisios, transmissum est, sola ait contineri excerpta, qualia Petitus edidit, licet Cantabrigiensis huius MSti mentionem ille inuoluat silentio. Fabr. Conf. supra,

ff) Petiti edit. vberrimis adnotatt. ornatam, tradidit. Harl.

hh) In Hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 592. sq. prodiisse Paris. 1677. II. tom. 4. Caueus l. c. ad a. 668. vbi plura scripsis de hoc Théodoro et Petiti editione. Harl. gg) Iugemens des Savans tom. 2. part; 2. p. 368-

vol. X. p. 383. vbi in nota " codd. Britann, iam memoravi, et Fabric. bibl. med, et infimae latinit, tom. VI. p. 230. — Sigebertus in libro de SS. eccles. cap. 63. — Du Pin Hist. eccles. vol. VI. p. 45. — Oudin. comm. de SS. eccl. tom. I. col. 1655 sqq. ad a. 680. vbi quoque contra Caueum se desendit, et de Theodoro einsque Poenitentiali huiusque codd. vberrime disputat: idem inquirit, num Theodorus confecerit librum canonum, cuius specimen repetit ex libro IV. historiae eccles. vener. Bedae, an potius, quod coniicit Oudinus, Theodorus codicem canonum rom. ecclesiae in concilio Herefordenfi, cuius actis ille ipfe a 637, interfuit, tantummodo obtulerit, et adpellat Ger. van Mastricht in Historia iuris eccles. et pontificii, num. 89-93. p. 67-71. Duisburg. 1676. et Amstelod. 1686. 8. Denique agit de illius capp. eccles. CXX. et copiotius de eiusd. epistola ad Athelredum, Merciorum regem etc. — Fuchs in Bibl. der Kirchenversammlungen etc. tom. I. p. 325. sq. — Vitam actaque Theodori suse perlequitur Assemann. in bibl. iuris orient. canon. etc. libr. IV. cap. 23. pag. 444. sqq. in specie de eius Poenitentiali, p. 468. sqq. Petiti editionem recenset p. 472 sqq. tum in cap. XXIV. pag. 479, sqq. profert suum aliorumque iudicia de Theodori Poenitentiali aliasque multas addit animaduersiones in illud, et p. 490. sqq. opinionem suam vberius confirmare studet, omnia, quae contra verum communemque ecclesiae sensum Theodoro tribuantur, non ipsius esse Theodori, sed additamenta, antiquo Poenitentiali eins ex aliis recentioribus Poenitentialibus facta: p. 496. sqq. postquam monuit, authenticum Theodori Poenitentiele nullibi exstare, neque MSS. codd. genuinum ipsius textum exhibere, docet, in bibl. Vatic. MSto cod. MMMMMIII. 8. qui continet Poenitentiale, (a nonnullis perperam vocatum romanum poenitentiale,) in membranis charactere antiquo descripto, et in IX. partes s. titulos distributo, tantununodo ex Theodori Poenitentiali quaedam citari capita: - Douiat. in Praenott. libr. III. capp. 32. p. 119. sqq. tom. II. part. I. de Poenitentialibus, s. libris canonum poenitentialium eorumque origine agit, et primum S. IV. apud Latinos agmen ducere Cyprianum ex eius epistola 2. colligit; tum & V. sqq. de Theodoro Cantuariensi, eiusque, et deinceps aliorum poenitentialibus lat. plura tradit explicatque. Adde Schroeckh in: christl. Kirchengeschichte, part. XIX. pag. 44. de Theodoro Cant. et pag. 426. de eius capit. eccles. ac part. XX. pag. 146. sq. de illius Poenitentialis atque de eodem et aliis Poenitentialium auctoribus. Buddeum in Ilagoge ad theol. vniuerlam, tom. poster. p. 702. fqq. Add. etiam gr. collect. Vindob. in cod. caef. CCLXXXIII. nr. 6. Conflitutiones poenitentiales miscellan. ex constitutt. SS. apostolor. ex Constantini Chartophylacis folutionibus quaestionum canonicarum, ex canonibus VI. synodi oecumenicae, ex Iustiniani imp. Nouellis et ex Athanasii, Alex. archiep. admonitione de triduana abssinentia concubitus cum vxore ante sacram communionem v. Lamber. V. p. 476. — Dublin. in bibl. collegii S. Trinitat, cod. CCCVI. f. nr. 446. cat. MSS, Anglise etc. vol. II. part. 2. fragmentum canonum poenitential. graece: etc. Harl.

Operae pretium est aliorum quoque poenitentialium libellorum occidentalis ecclesiae hoc loco facere mentionem, cum de graecis similibus Ioannis Nesseutae aliorumque a Ioanne Morino publicatis dixerim volum. XI. p. 108. sqq. Fabr. [vbi plura adnotata sunt. Conf. etians

etiam Assemannem in bibl. iuris orient. can, etc. libr. III. cap. XIV. in quo copiose persequitur vitam, controuersias scriptaque Ioannis Ieiunatoris diuersaque aliorum de eo iudicia adfert, p. 479. sqq. inprimis p. 523. sqq. late disputat de eius libro poenitentiali huiusque codd. ac p. 537. sqq. de aliis eiusdem opusculis, quae videntur ex libro poenitentiali desumta, et adseruata sunt in codd. Vaticanis, et, de quibusdam fragmentis, ex Harmenopulo, Matthaeo Blassare et ad calcem commentarior. Theodorr Balsamonis in canones patrum productis: denique p. 541. sq. de aliis illius libellis. — it, Schroeckh. l. c. part. XVII. p. 56. sqq. — De vetustioribus collectionibus canonum poenitentialium, ex canonum, pontificum patrumque sententiis compactis, et a Theodoro, Beda atque Echerto compositis, curate disputant Balserin. Fr. l. c. part. IV. cap. 6. p. 602. sqq. in Gallandii sylloge etc. tom. I. Harl. Atque primo loco memoranda summi et de hisce litteris immortaliter meriti Viri Antonii Augustini, archiepiscopi Tarraconensis, Canonum poenitentialium collectio vulgata cum notis, Tarracone 1582. 4. sq. et recusa Venetiis 1584. 4. [et Paris. 1641. sol. cum eiusd. Epitome iuris pontificii veteris. Harl.] rariusque hodie obuia, in qua occurrunt:

- Calixti II. a. 1109. et Innocentii a. 1130. mentio, et longe diuersum adeo et iunioris aetatis, quam quod ex codice antiquo Corbeiensi cum notis Hugonis Menardi lucem vidit, in eius notis ad sacramentarium Gregorii magni Paris. 1642. 4. p. 238. atque cum iisdem recusum est in bibliotheca patrum edit. Lugdum tom, XIV. p. 926. nec non in noua operum Gregorii M. editione: et sine notis, ad calcem Morini de poenitentia. Hoc Cameracensis episcopus Halitgarius, qui an. 831. obiit, a scrinio ecclesiae rom. descripsisse se testatur, igitur a Menardo sub titulo poenitentialis romani est editum, etsi quamplurima in eo desiderentur capitula, quae a Burchardo et aliis antiquis auctoribus sub titulo poenitentialis romani laudata sunt, vt a Iac. Petito probe notatum. Fabr. Cons. Pertsch Histor. des Kirchenrechts pag. 169. sq. qui etiam citat Fleury Histoire de l'eglise, libr. XLVII. §. 28. et Basnagii obseru de Halitgarii sibro poenitent. §. 3. ap. Canisium lect. antiquar. tom. II. part. II. Douiat. l. c. II. p. 127. §. 18. Harl.
- Bedae presbyteri a. C. 735. defuncti, siue Egberti Eboracensis archiepiscopi, (defuncti a. 767.) de remedio peccatorum, excerptum ex canonibus catholicorum patrum vel poenitentiae ad remedium animarum, domini Egberti archiepiscopi. Recusum Paris. 1641. cum Antonii Augustini iuris pontificii epitome, quae Romae 1614. [P] fol. lucem viderat: et in operibus Bedae Venerabilis tom. VIII. p. 961-968. et in Speelmanni conciliis Angliae tom. I. Bedae s. Egberti poenitentiale lege etiam tom. VI. concil. Labbei p. 1611. Fabr. ac Mansi collect: ampliss. tom. XII. col. 413. De Beda eiusque opp. v. Oudin. in comm. de SS. eccl. I. pag. 1672. sqq. et Fabr. in bibl. med. et inst. latin. tom. 1. pag. 185. sqq. ac pag. 192. de remediis peccatorum, De collect. canon. poeni-



ii) Sec. alios, 1581. fed a. 1582. etiam Clement in biblioth. curiouse, hist. et critique tom. II. p. 248. qui plures citat VV. DD. Harl.

poenitent. a Beda vel potius ab Egberto facta copiose agunt Ballerini de ant. collect. etc. part. IV. cap. 6. in Gallandii sylloge etc. tom. I. p. 603. sqq. Adserunt autem librum de remediis peccatorum, partem amplioris operis, Egberto, qui ex tribus Theodori, romano, et Bedae poenitentialibus plura decerpsit: id quod etiam ex cod. Vatic. Palat. commonstrant, nec adsentiuntur Mansso tom. I. supplement, qui collect. antiquam canonum poenitent. a Martene et Durando in tom. IV. Thesauri anecdotor. col. 21. sqq. exhibitam, Bedae tribuendam existimat. Add. Pertsch. l. c. pag. 133. sq. Douiat. Praenott. tom. II. p. 123. sqq. et Fuchs. l. c. I. p. 326. sqq. de Bedae alsorumque poenitentialibus. Harl.

- γ) Rabani s. Rhabani Mauri, archiepiscopi Moguntini, a. C. 856. defuncti, poenitentium liber, post a. 841. scriptus ad Otgarium archiepisc. Moguntinum, cui Rabanus deinde successit. Exstat etiam in operibus Rabani tom. VI. p. 154-165. Fabr. Conf. Ballerin. l. c. p. 621. sq. Pertsch. l. cit. p. 173. sqq. de eius vita scriptisque huc pertinentibus, praecipue p. 176. sqq. de eius libro poenitentiali ex canonicis constitutionibus, isque provocat ad Iac. Basnagii obseru. de Rabano, iunct. Canisii lection, antiq. tom. II. part. II. p. 285. et Basuz. praestat ad Rabani epist. ad Heribald. S. 1. et 2. iunct. ed. Reginonis de disciplina eccles, quae Rabani epistola, diuersa ab eius poenitentiali, exstat quoque in Canisii Lectt, antiq. tom. II. edit. nouae, part. II. p. 293. sqq. Harl.
- 3) Gregorii Thaumaturgi et Gregorii Nysseni, graecorum patrum, epistolae canonicae.
- 2) Canones poenitentiales Aftenses, in ditione Sabaudiae.

Post Antonium Augustinum vir et ipse doctissimus Ioannes Morinus ad calcem praeclari operis de disciplina in administratione sacramenti poenitentiae, quod Parisiis primum 1651. fol. editum, deinde Bruxellis 1685. ac denique Venetiis 1702. recusum exstat, nouam poenitentialium libellorum collectionem dedit, in qua occurrunt:

- a) Antiquus Poenitentialis romanus, qualem ab Halitgario excerptum et ab Hug. Menardo editum iam dixi. [conf. Douiat. Praenott. tom. II. p. 67. sq. Harl.]
- b) Egberti Eboracensis archiepiscopi, defuncti a. C. 767. Excerptum siue capita 245. de canonibus catholicorum patrum, vel poenitentiae ad remedium animarum. Siue pars siue epitome operis in quatuor libros distincti et adhuc inediti, quod in variis Cantabrig. et Oxoniensibus bibliothecis superesse MStum Caueus At) testatur. Partem vulgaverat

kk) In hist litter. SS. eccl. tom. I. p. 627. sq. ad a. 731. Add. de Egberto Fabric. nostrum in Libl. med. et ins. latin. tom. II. pag. 76. sq. ed. Mans. sub voc. Echertus, qui praeterea etiam scribitur Eckebertus, Eckbertus; — paulso ante ad B. adscripta. — Du Pin Hist. eccles. vol. VI. p. 102. Oudin. tom. I. p. 1794. ad a. 750. — Vol. XII.

Ballerin. Fr. de antiq. collectt. etc. part. IV. cap. 6. pag. 602. fqq. in Gallandii fylloge etc. tom. I. p. 607. ex codd. Vatic. meliora docent. Schroeckh. l. c. part. XIX. p. 78. Pertsch. l. c. p. 146. fqq. qui cum Cauco tradit, Excerptiones e dictis et canonibus SS. patrum concinnatas, et ad ecclesiassicae politiae constitutionem conducentil

verat etism Speelmannus tom. I. concil. Angl. Lond. 1639. fol. p. 258-276. atque inde exhibuit Labbeus tom. 6. concil. p. 1586. 1601. et Harduinus tom. 3. p. 1961. 1976. cum eiusdem Egberti dialogo per interrogationes et responsiones de institutione ecclesiastica p. 1979. [et Colet. in ed. Ven. ad 2. 747.] (Labbeus tom. VI. p. 1604.) quem Dublinii vulgauerat Iac. Waraeus, ") eques, 2. 1664. 8. Fabr. Editor Cauei Hist. litt. etc. Basil. in notis addit, Ecberti dialogum ex edit. Dublinensi recudi secisse Henr. Wharton. cum nonnullis Bedae opusculis Londin. 1693. 4. — eumdem dialogum repetitum esse typis in Wilkins conc. Britann. tom. I. p. 82. sqq. ibid. p. 101. sqq. exstare Ecberti excerpta, a Speelmanno edita, atque ibid. p. 113. sqq. Dau. Wilkins ex MSS. eoll. corp. Christi Cantabr. publici iuris secisse Egberti poenitentiale. In Fabr. bibl. med. et inf. lat. l. c. memoratur quoque, in Conciliorum editt. etiam legi Excerpta ex Egberti constitutionibus ecclesiasticis, easque ab Hucaro, sani germani in Corinia diacono, studiose in compendium redactas esse, tessibus Lelando cap. 85. et Pitseo p. 154. (add. Ballerinios l. c. p. 605. sq.) in nota b. autem additur, non soli Ecberto omnia tribuenda esse, disputari a Gundlingio in Gundlingianis XXXVIII. p. 258. sqq. Harl.

- c) Tres poenitentiales Andegauenses, ex codicibus MSS. D. de Loyauté, ciuis Andegavensis et in suprema Paristens. curia aduocati.
- d) Excerpta pauca e Reginone, poenitentiali romano, poenitentiali Theodori Cantuaret Bedae. Regino, ex abbate (ab a. 892. ad 899.) Prumiensi ord. Benedicti in ditione Germaniae Treuirensi, monachus S. Maximini Treuirensis, (chronico mm) ad Alberonem Metensem [P] episcopum, quod a Christo nato ad tempora sua a. C. 907. deduxit, non incelebris,) qui opus insigne canonum, quod in vsus dioecesis maxime Trevirensis, hortante archiepiscopo Treuirensis Ratbodo, circa a. C. 906. composini, editum primum a b. D. Ioach. Hildebrando, ex codice bibliothecae Helmstadiensis, qui olim Flacii Illyrici suit, et in quo praeterea exstat synodus Remensis adversus Arnulphum m) a. C. 991. Editum autem est hoc titulo: de disciplina ecclesassica veterum, praecipue Germanorum, sibri duo. Helmst. 1659. 4. Fatetur ipse Hildebrandus, in desectu codicis MS. huncce se titulum praesixisse ex suo ingenio; nam in Vieumensi codice, quem postea nactus est, ipse notat, inscribi de ecclesiasticis disciplinis et religione christiana, atque hunc titulum Trithemio etiam inspectum servauit in sua editione Stepha-

tes absolui 144. capitibus. In cat. MSS. Anglize etc. I. part. alt. nr. 1384. in cod. Cantabr. collegii Bened. CVII. extrare dicitur Poenitentia Egberti, archiep. Eboracensis, in vol. I. nr. 2632. s. cod. Bodlei. XXXIII. excerpta ex poenitentiali libro Ecgberti: ibid. p. 261. in collectan. Ricardi Iamessi, 21. nr. 11. Excerptio de canonibus SS. patrum poenitentialis libri ad remedium animarum Egberti, archiep. Ebor. Harl.

11) Male Io, Vavraeus, Harduino et Labbeo.

mm) Prodiit Reginonis chronicon Mogunt. 1521. fol. et inter scriptores rerum Germanicarum Pistorii tomo primo, Francos. 1583. fol. nec non cum chronico Conradi de Lichtenau, Argent. 1609. fol. Numeros annorum ab ipso esse auctore notat Mabilionius Itineris Germanici pag. 23. De MSto Vindobonensi vide Lambec. lib. 2. p. 390. nn) De hac vide Baluzium praes. ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani S. 14. et praes. ad Reginonem S. 4. seq.

Stephanus Baluzius, qui Reginonis libros duos, quorum prior Clericorum res maxime, posterior Laicorum spectat, ad Helmstadiensem editionem, veteremque codicem MS. bibl. oratorii Parifienfis, codem, quo vius fuerat Morinus, emendatos, cum notis, citatisque in margine canonum et capitularium regularumque monasticarum, nec non Burchardi et aliorum locis vulgauit Paris. 1671. 8. 00) Idem Baluzius praef. ad Ant. Augustinum de emendatione Gratiani 6. 17. observat, Reginonem admodum raro wti Pfeudepigraphis epistolis decretalibus, ab Isidoro Mercatore collectis. Subiunxit Hildebrandus Varias lectiones non Viennensis modo codicis, sed Moguntini quoque, nec non adpendicem plurium capitum, quae in MS. Helmstadiensi absunt. Eam adpendicem etiam auclam et emendatam Baluzius adiunxit, vna cum Rhabani Mauri poenitentiali altero, quod epiftola ad Heribaldum epifcopum Alcedronenfem siue Autissiodorensem, a. C. 853. scripta, continetur, et luceme viderat in Petri-Steuartii tomo ineditorum, Ingolst. 1616. 4. Eadem multa haec epistola, quae Rabani poenitentium liber supra memoratus continet, et citatur non raro tum a Reginone, tum ab Iuone, Gratiano, etc. Reginonis [P] effigies sere descripta extrat in Isaci Bullarti academia scientiarum, edita gallice Paris. 1682. fol. tom. 1. p. 121. Fabr. Conf. Fabric. nostrum in bibl. med. et inf. latinit. tom. VI. p. 62. ed. Mansi: — Cau. in Hist. litter. S. S. eccl. vol. II. p. 68. ad a. 892. — Oudin. comm. de SS. eccl. tom. II. col. 407. fq. ad a. 900. — Douiat. in Praenott. etc. tom. I. p. 635 inprimis de eius libr. de disciplinie eccles. etc. tom. II. p. 68. sqq. cui videtur auctor ordinem Martini Bracarensis imitatus: idem Douiat, operis rationem describit, et numerum capitum colligit: Schottus autem în nota s. animaduertit, Baluzii editionem, Helmstadiensi editione longe praessantiorem, recufain esse Viennae 1765. 4. textum vero ex Baluzii recensione, omissis eius notis, repetitum esse ab Harzhemio in concil. German. tom. II. p. 438. Lakier tamen in Praecognitis iuris eccles. vniuersi &. LII, vbi recenset Reginonis collectionem, p. 85. scribit, Baluzii edit..recusam esse Viennae a. 1769. cura de Rieggere idem Lakies refert ex Kollarii narratione, in bibl. eaesarea seruari cod. inscriptum, Libellus de disciplinis seclefiasticis et religione christians, ex coque posse Baluzianam edit. non nihil emendatiorem effici. Insuper copiose agit de Reginonis collectione et edd. Hildebrandij. sumprimis Baluzii, Pertsch in: Hist. des kanon. Rechts sect. II. §. 32. et 33. p. 189. sqq. - Reginonem in vium ecclesiae Treuirensis iussu Ratbodi, Treuirensis archiepiscopi. somposuisse collectionem, res admodum dubia videtur Berardo in dissert. de variis canon. collectt. ante Gratianum, obseru. V. S. VIII. p. 720. sq. in Gallandii sylloge. tom. I. Add. cel. Glück in Praecognitis p. 436. Iqq. et p. 440. not. 9. et Fuchs in cit. biblioth. I. p. 329. meminit Abbonis monachi et abbatis Floriacensis, sub exitum saeculi X. qui praeter alia scripsit collectionem canonum, ex capitularibus Franc. et Iustiniani nouellis haustam et in 52. capp. digestam, quam edidit Mabillon tom. II. Analector. p. 248. editionis autem in fol. pag. 133. Idem observat Lakies 1. mem, pag. 84, sq. in schol. I. idemque, "seruat, ait, praeterea bibliotheca Sorbonae egregiam collectionem MStam iussu Haemonii, episcopi Verodunensis, a. 1009. confectam, et dicatam An-Hh 3 felmo

⁹⁰⁾ Vid. Heineccius in Hift, inris einil. libr. II. S. 50. not. Harl.

- felmo cuidam archiepiscopo, de qua Salmon tract. de stud. concil. pag. 43. sq. "— Reginonis et Abbonis collectt. copiose quoque recensent Ballerini de antiq. collection. part. IV. cap. II. in Gallandii sylloge etc. I. part. 631. sqq. Harl.
- e) Excerptum ex regulae Chrodogangi circa a. C. 757. canonicis suis datae cap. 28. 29. 30. Chrodogangi huius, ab a. 742. ad 766. Metensis episcopi, qui aliis Crodegrandus siue Crodogandus, (Trithemio c. 255. de script. eccles. Ruggandus,) regula clericis Metensibus praescripta, in qua S. Benedicti regulam frequenter sequitur, edita est a Luca Dacherio tom. 1. spicileg. p. 205. [nou. edit. tom. I. p. 565.] et minus interpolata a Labbeo tom. 7. concil. p. 1444. et Harduino tom. 4. p. 1181. [atque Coleto in ed. concil. Veneta, tom. IX.] et a Carolo le Cointe tom. 5. Annal. ecclesiae Francor. ad a. C. 757. p. 567. 587. Vide etiam Andream du Chesne tom. 2. scriptor. Francor. p. 204. et concilium Aquisgranense a. C. 816. et regulam ex Chrodogando et aliis, quam dant Labbeus tom. 7. concil. p. 1464. et Harduinus tom. 4. p. 1198. Fabr. Plura de eo narrarunt Fabric. noster in bibl. med. et inf. lat. tom. I. p. 377. sq. ed. Mansi. Oudin. in comm. de scriptt. eccles. tom. I. col. 1797. sq. ad a. 760. qui eum vocat Chrodegandum; Du Pin Hist. eccles. vol. VI. p. 106. Caueus in comm. de SS. eccles. tom. I. p. 629. ad a. 742. et Schroeckh in: christl. Kirchengeschichte, tom. XX. p. 82. sq. et 90. sqq. Harl.
- f) Excerpta ex tribus codicibus Turonensis ecclesiae, tribus Remensis, et duobus Bellovacensis, duobus collegii Foxensis Tolosani, quatuor codicibus ecclesiae Rothomagensis, et decem variis codicibus MSS. abbatiae S. Victoris Paris.
- g) Notitia de Ordine Romano MS. breuiore et antiquiore, atque adeo finceriore, quam in Melch. Hittorpii scriptoribus de Diuinis officiis Colon. 1568. fol. sub init. et in operibus Georgii Cassandri p. 97. et in bibliothecis patrum saepe prodiit ab Alcuino, vt videtur, ad aetatis suae mores auctus et interpolatus. Vide Henr. Whartoni auctarium ad Viserium de sacris scripturisque vernaculis p. 359.
- h) Notitia de antiquissimo Sacramentario Gelasiano, quod ex Petauiana venit in bibliothecam Christinae, reginae Sueciae. De libro sententiarum magistri Roberti Pulli, cardinalis, circa a. C. 1144.
- i) Ex duobus facramentariis Tolosanis excerpta, et ordo poenitentiae imponendae, et de reconciliatione poenitentium.
- k) Ex codice MS. abbatiae Dionysianae in agro Parisiensi.
- 1) Ex duobus sacramentorum libris in bibl. Thuana.

Ab eo tempore *Iacobus Petitus* ad calcem Theodori Cantuariensis edidit excerpta ex poenitentialibus MSS.

a) Magistri Bartholomaei, Oxoniensis episcopi.

B) Petri



- B) Petri Pictauiensis, canonici S. Victoris.
- [P] γ) Magistri Roberti de Flamesbure, canonici S. Victoris et poenitentiarii. Adde, praesationem Roberti de Flamesbure ad Decanum Salisburiensem exstare apud Baluzium tom. VII. Miscell. pag. 345. atque Rabani et Beneditii Aniensis poenitentiales libellos exhiberi ab eod. Baluzio post Capitularia Francorum pag. 1378. 1385. nec non Petri Exoniensis summulam, qui circa a. 1287. scripsit, ab Harduino tom. VII. concilior, pag. 1124. Canones poenitentiales secundum S. Hieronymum ex MS. cod. 400. annorum, monasterii S. Andreae prope Auenionem vulgauit 10. Marcianaeus inter supposita Hieronymo, tom. V. p. 5-10.
- d) Magistri Ioannis de Deo.
- e) Ex anonymo de sacramento poenitentiae in bibl. S. Victoris Paris.
- 5) Ex formulario poenitentiali MS, bibl. regiae Nauarrae.
- (3) Ex libro MS. bibl. S. Victoris Paris. cui titulus: Corrector et Medicus, qui correctiones corporum et animarum medicinas continet.
- n) Ex libro poenitentiali MS. bibl. Victorinae a diuersis libris poenitentialibus desumto.
- 9) Ex tractatu de poenitentia in fumma scholastica Petri Cantoris Paris. in summa Magiftri Praepostiui, cancellarii Paris. et in summa magistri Roberti de Chorcon, cardinalis.

Praeter haec ab Antonio Augustino, Io. Morino et Iac. Petito vulgata, huc faciunt: Collectio antiqua canonum poenitentialium saeculo IX. antiquior, inque tres distincta libros, quam tomo vudecimo spicilegii vulgauit Lucas Dacherius Paris. 1672. 4. [et tom. I. p. 509. sq. ed. nou. Harl.] Praesationem huius operis vidit et partem eius vulgauit Beatus Rhenanus in admonitione de Tertulliani dogmatibus, testatus opus ipsum magno redimere se cupere. Vide Baluzium ad Gratianum p. 462. [et in notis ad Agobardum de dispensatione, cap. 20. cons. Perisch. Hist. cit. p. 150. sqq. Harl.]

Halitgarii, episcopi Cameracensis, qui a. C. 831. obiit, de vitiis et virtutibus, remediis peccatorum et ordine atque iudiciis poenitentiae, libri sex, quorum sextus siue vitimus est poenitentiale romanum, de quo supra p. 74. ed. vet. et ed. nou. p. 240. abunde dixi. Libros V. in lucem protulit Henr. Canissus tom. V. lect. antiqu. parte 2. p. 227. Ingolstad. 1604. 4. **p*) Inde recusi sunt in bibliotheca patrum Colon. 1618. tomo VIII.

Hh 3

pp) In noua Iac. Basnagii edit. tom. II. p. II. p. 87. ad 144. vna cum additamentis, et S. 3. Busnagii obseru. de Halitgarii libro poenitentiali. Cons. Fabric. nostrum in bibl. mediae et infalatinit. tom. III. p. 185. sq. ibique Mansium de libro de vita sacerdotum, diuerso a libro poenitentiali; Buddeum in Isagoge cit. tom. poster.

p. 703. — Ballerinos Fr. de autiquis collectipart. IV. cap. 8. §. 3. p. 620. in Gallandii fylloge etc. tom. I. — Douist. in Praenott, tom. II. p. 126. fq. ibique Schotti not. — Pertsch. Historie des kanon. Rechts, p. 168. fqq. — Schroeckh. christl. Kirchengeschichte tom. XXIII. pag. 301. Harl.

- et Paris. 1654. tomo V. et Lugd. 1672. tomo XIV. Ex his siber I. et II. sidem sunt, qui inter Rabani Mauri, archiepiscopi Moguntini, a. C. 856. defuncti, opera produce tom. 6. p. 125. Liber I. et II. de vitis et virtutibus, et peccatorum satisfactione in remediis, siue de poenitentiis. Liber III. et IV. Halitgarii respondent libro II. et III. sub eiusdem Rabani nomine editis tom. 6. p. 116. seq. de quaestionibus canonum poenitentialium ad Heribaldum episcopum Autissiodorensem. Liber quintus Halitgarii denique idem est, qui sub Rabani nomine ad Heribaldum legitur primus tom. 6. p. 110. Superest liber tertius siue vitimus Rabani de vitiis et virtutibus, qui est de [P] grauibus mortalibus peccatis et eorum satissactione, capita LXXXIII. tom. 6. p. 130-154.
- S, Columbani, Luxouiensis in Burgundia abbatis, qui a. C. 615. obiit, poenitentiale MS. laudat Hugo Menardus p. 932. ad Gregorii M. sacramentorum librum. Eiusdem Columbani de poenitentiarum mensura, sine poenitentiale ad calcem eius regulae coenobialis, prodiit in codice regularum Holstenii, Rom. 1661. 4. Paris. 1663. 4. parte 2. p. 98. et inter Columbani opera a Patricio Flemingo edita Louan. 1667. p. 197. et in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. KIL. p. 21. [cons. Fabric. nostrum in bibl. med. et inf. latinit. tom. I. p. 401. sq. ed. Mansi.]
- Cumeaus sue Cummians, abbatis Hiberni, qui circa a. C. 660. diem obiit supremum. siber de poenitentiarum mensura extlat in codem tomo XII. bibliothecae patrum Lugd. pag. 42-48. Ediderat Patricius Flemingus ex codice bibl. Sangallensis, et Columbano adiunxerat. [conf. Fabric. l. c. p. 438. ibique Mansium.]
- Liber poenitentialis ad instar libri canonum poenitentialium ex SS. Augustini, Hieronymi et Gregorii M. dictis, nescio, quo auctore collectus et sine loco aut anno impressionis editus in sol. suit in bibl, Sarraziana, in cuius catalogo memoratur p. 32,
- Poenitentiale siue iudicia congrua poenitentibus, capitula XXXIII. excerpta ex patrum distis canonumque sententiis prodierunt in bibliotheca patrum Paris. 1589. et 1654. tom. VI. et tom. VI. concil. Labbei pag. 1468. et tom. III. Harduini pag. 1869. sub nomine Gregorii III. (papae ab a. C., 731. ad 741.) Petro Pithoso videtur posterioria seriptoria.
- Collectio cononum poenitentialium MS. in bibl. Michaelis Thomasii, episcopi Ilerdensis, qua vsi correctores romani ad Gratianum.
- Eugenii papae canones poenitentiales in bibliotheca Io. Tilii MS. memorat idem Pi-
- Canones XLVII. poenitentiales, decreto Gratiani subiecti in editione Pithoeorum atque aliie quibusdam, et Gratiani ipsius tractatus de poenitentia, insertus cansae XXXIII.

13) Bur-



13) Burchardus sine Brocardus !!) Hassus, ex Lobiensi monacho dioecesis [P] Leodiensis, ord. S. Benedicii, Wormaciensis ab a. C. 996, episcopus, ab Olberta, abbate postes Gemblacenti, praeceptore suo adiutus,") Walterio Spirense episcopo impellente composuit, et Brunichoni ecclesiae Wormatiensis praeposito, dicauit duodecim tomos decretorum collectos ex facris litteris, ex conciliis et epistolis spuriis decretalibus, ") nec non poenitentiali romano, Theodori et Bedae et ex scriptis SS. Gregorii, Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Benedicti, Basilii magni et Isidori, et sub titulis digestos. Hoc opus ipsum integrum necdum lucem vidit, sed tantum excerpta ex illo diuisa in libros XX. ex quibus Surius modo XVI. habuit, quibus in conciliorum editione viitur sub hoc titulo, ex codice XVI. librorum. Exemplaria vetustissima Burchardi Pithoeus teflatur exflare in bibliothecis ecclesiarum Carnotensis, Tricassinae, Vesuntinae, Burdigalenfis. In Hendreichii Pandeclis Brandenburgicis p. 794. memoratur editio Burchardi Parisiensia 1499. 8. quam numquam videre me, nec ab aliis laudari memini. Sed cum viginti illis, quos dixi, libris Decreti, lex familias excusa est Coloniae 1548. (1549.) fol. et 1560, fol. ex editione Bartholdi Questenburg. Eadem deest in editione Paris. 1540. (1550.) apud Ioannem Foucherium, 8. Sed hanc clauduat canones funodi Salegunstadensis sub Aribone Moguntino archiepiscopo, cui Burchardus praesens adfuir a. C. 1023. et quomodo initianda synodus, siue constitutio ordinis qui in celebranda fynodo observari deber. Bene multa accepisse Burchardum a Reginone, nec pauca de suo addentem multa corrupisse, notat Baluzias ad Reginonem pag. 454, sq. et ad Gratian. p. 539. 542. etc. 'Idem in praef. ad Ant. Augustinum de emendatione Gratiani 6. 18. testatur, se triz vidisse Burchardi antiquissima exemplaria optimae notae. Ex his codicem Dionysii Talonii, laudat p. 497. 502. etc. Atque editos libros non satis integros atque emendatos exflare, observatum etiam in Georgii Cassandri operibus pag-1091. et 1098. Nach etiam sumus, inquit, MStum opus Burchardi, quod obiter tantum eum impresso Parisis anno MDXLIX. contulimas, et deprehendimus epistolae phrasin totam immutatam. In libro vero XX. impressus liber capita C. exscriptus 📳 vero CLVIII. continet, et quorundam capitam ordo immutatus legitur. Io. Molinaei tamen editio, quem Burchardi libris emendandis operam locasse Cassander ibidem testatur. lucem haud vidit. Non iplo Burchardi opere, sed tantum illius epitome vsum suisse Gratianum, monet Guido Pancirollus III. 1. de claris legum interpretibus. Argumenta librorum viginti editorum adferibere fuperfedeo, quia ista habes etiam apud Gerh. Mastrichtum histor. iuris eccles. S. 251. et Casp. Sagittarium tom, 2. introduct. in

qq) Hine brocardica iuris. Confer D. Chrifiani Thomafii dissert. de brocardico, causa satua excusat a dolo. [Grauina de origine iuris ciuil. lib. I. p. 179. Harl.] Damasii Burchardica siue regulas canonicas ex recensione Petri Alauni Aquilii. Colon- 1564. 8.

rr) Vide Baluzium S. 18. praef, ad Anton.
Augustin. de emendatione Gratiani.

ss) Blondellus prolegom, ad Pseudo Isidor,

p. 98. Vicissim capitularibus noluisse Burchardum vti, notat Baluzius ad Gratiam. p. 530-539. etc. [quod exemplis quoque probat Douiat. in Praenott. libr. III. cap. 23. §. 5. tom. I. p. 78. sq. ed. Schott. isque §. 1. p. 72. sqq. agit de Burchardo ipso; §. 2. de titulo eiusdem opesis; §. 3. de numero et ordine XX. librorum; §. 4. vude decerpserit decreta; §. 6. de sensu et erigine voc. Brocardica; addo Schotti notas. Harl.

hist, eccles, p. 750. seq. Obiit Burchardus a. C. 1025. 13. Kal. Sept. Fabr. Add. Fabr. nostri bibl. med. et inf. latin. tom. I. p. 302. sq. ed. Mansi, vbi adnotatur, Statuta canonum de officio sacerdotum, ex libris Burchardi vulgata esse a Canisio tom. VI. antiq. lectt. in tom. III, edit. Basnag. f. 297. sqq. - Fleury histoire eccles, libr. LVII. §. 54. et LVIII. §. 52. — Oudin. comm. de SS. eccl. II. col. 525. fqq. ad a. 1000. — Caue hist. litter. SS. eccl. II. p. 115. - Ballerin. l. c. part. IV. cap. 12. qui veram Burchardi praefationem ex cod. loco vulgatae mutatae reddidere, in Gallandii sylloge etc. I. p. 633. sqq. ibid. p. 721. Car. Seb. Berard. diff. obseru. V. S. 9. - Pertschii hist, laudat, sect. II. §. 34. 35. p. 194. sqq. qui alios VV. DD, excitat; - Lakies Praecogn. iuris eccles. pag. 85. sq. qui nec ingenium nec doctrinam Burchardi laudat: cel. Gluck in Praecognitis etc. p. 438. sq. qui etiam notat, Burchard. non solum abstinuisse a Francorum capitularibus in collectionem suam referendis, sed etiam, quae ex illis mutua sumsit, aliis falso tribuisse auctoribus, atque in nota 12. prouocat ad Baluzu dissert. de capitularium Francorum nomine etc. praemissam eius collectioni capitularium, Parif. 1677. separatim repetitam Vindobonae 1771. 8. S. XX. - Fuchs in: Biblioth. der Kirchenversamml. I. p. 329. sq. et Schroeckh christl. Kirchengeschichte tom. XXII. p. 414. fqq. Harl,

14) Iuo Carnotenfis ab a. 1092. episcopus egregius doctrina, zelo, prudenti constantia et fide, diem obiit a. 1115. die 23. Decembr. de cuius vita Iohannes Fronto in opusculis, quae iunctim excudenda dedi Hamb. 1720. 8. [rec. Veronae 1733. 8.] et ante opera Iuonis edita ex Ioh. Baptistae Soucheti recensione, Paris. 1647. foi. et in actis sanctorum 20. Maii tom. V. p. 247. Vide et Iacobi Hommey supplementum patrum p. 526. atque librum editum Paris. 1701. 12. l'Esprit d' Yve de Chartres dans la conduite de son dioecese et dans la Cour de France et de Rome. Iournal des Sauans 1701. p. 540. Huius Iuonis Pannormia, (ita enim constanter veteres codices et Trithemius, non Pannomia.) exstat diuisa in partes octo: exstat etiam maior liber canonum siue decretum Iuonis in partes XVII. digestum, et curante Io. Molinaeo Gandensi, Louanii 1561. fol. editum, postea cum aliis Iuonis scriptis Paris. 1647. fol. ad sidem codicis antiquissimi S. Victoris Paris. recusum. Pannormia prodiit Basileae 1499. 4. expensis Michaelis Furter, cum praefatione Seb. Brandt: et Louanii 1557. 8. non satis emendate, curante Melchiore a Vosmediano. Vtrique operi praemittitur praefatio, quae his verbis incipit: Excerptiones ecclesiasticarum regularum, partim ex epistolis romanorum pontificum, (etiam spuriis illis, ") Burchardi exemplo,) partim ex gestis conciliorum catholicorum episcoporum, partim ex traffatibus orthodoxorum patrum, partim ex institutionibus catholicorum regum, (quas regum leges Burchardus omiserat,) nonnullo labore in uno corpore adunare curaui. Sebastianus Brandt suspicatur, Pannormiam esse compendium, quod ex maiori Iuonis decretorum opere concinnauerit Hugo Catalanus. ***) Et sane Vincen-

tt) id. Blondellus p. 100.

larminus de SS, eccles. in Gratiano p. 187. cui un) Circa a. 1100. vid. Iac. Bergomas. Fabr. suffragatur Ger. van Mastricht in histor. iuris Iuonis esse Panormiam, negat quoque Rob. Bel- eccles. num. CCLXVII. p. 306. Hugonem Catatius Bellouscensis XXV. 84. speculi historial, quum dixisset, librum decretorum [P] Iuonis, non paruae quantitătis esse, nec facile portatilem, subiungit: Hugo Catalanensis ex eodem volumine abbreuiato libellum portatilem legitur composuisse, qui et ipse apud nos est et summa decretorum Iuonis adpellatur. Hanc Brandti coniecturam videtur firmare, quod Innocentius secundus, cuius decreta in calce Pannormiae leguntur, post Iuonem suit. Verum Anton. Augustinus et Steph. Baluzius v) testantur, illa in antiquissimis codicibus Pannormiae non exstare, sed a recentiore manu esse addita. Neque pro epitome maioris operis haberi potest, quum pauciora habeat, in quibus cum illo conuenit, neque in codicibus vetustis summa decretorum, quo titulo epitomen memorat Vincentius, sed Pannormia adpellatur. Igitur Baluzio adsentior, Hugonis epitomen intercidisse, et Iuonem ipsum primo composuisse Pannormiama, deinde, quum probari eam legentibus videret, ad maius opus concinnandum etiam animum adpulisse. Maius hoc decreti opus vns cum Pannormia lucem vidisse Basileae 1499. 4. praeter rem traditur a Caneo in hist. litteraria scriptorum ecclesiasticorum, vvv) et in Laur. Neocori biblio-

launum eam ex maiore opere contraxisse, adsirmat Guil. Pancirollus de claris legum interpretibus libr. III. cap. 1. Verum Buddeus in Isagoge — ad theolog. vniuers. tom. poster. p. 771. sq. subscribit iudicio Fabr. nostri, additque I. C. Zieglerum de orig. et increm. iuris can. S. 35. Bellarm. ration. refutasse. Harl.

vv) Baluz. S. 20-23, praef. ad Anton, Augustin. [cuius iudicium, Labheanae opinioni de seriptorr. eccles. a Bellarmino recensitis, tom. II. p. 504. oppositum late refert Oudin. l. c. Harl.]

ww) Pag. 160. sq. ad a. 1092. ybi de vita operibusque horumque editionib. Inonis siue Tuonis agitur atque in edit. Basil. in nota d. obseruatur, librum Panormiae Iuonis Carnotenfis de multimoda distinctione scripturarum sub vna ca-Rorum eloquiorum facie contentarum haberi MS. in bibl. Cotton. sub Vitellio A. 3. n. 1. (p. 81. cat. MSS. mox citandi.) — In ciusdem bibl. Cotton. MSSt. catalogo, sub fin. cat. MSS. Angliae etc. pag. 38. nominantur Iuonis fermones XIV. in celebrioribus anni festis habiti, et epp. CCLIII. - p. 68. XIV. 2. excerpta f. chronica Iuonis; p. 72. VII. varia Iuonis opp. — p. 93. Vita b. Augustini, Hipponensis episcopi, per Iuonem. — p. 97. VIII. 22. Historia Inonis fuccincia, inprimis de gestis quorumdam regum Assyriorum, et de gestis omnium romanorum impp. ad tempus Ludouici Pii, a. 814. et p. 135. XII. 3. Iuonis sermo de sacramentis dedi-Vol. XII.

cationis ecclesiae ad nuper baptizatos. — De Iuone eiusque opp. consulendi sunt Fabric. noster in bibl. med. et inf. latin. ed. Mansi, tom. IV. p. 205. sq. vbi dicitur Iuo fuisse episcopus 2b a. 1090. ad 1117. et in nota d. laudantur Pagi. ad a. 1092. nr. 3. sq. et Bened. Pittetus saec. XI. p. 949. sq. contra Baronii sententiam et Sirmondi tom. III. opp. p. 676. qui pugnant pro a. 1092. In nota h. animaduertitur, infignem cod. M. Decretorum esse ctiam Lipsiae in bibl. Paullina, et de altero cod. quo vius est Molinaeus, vid. G. Cassandri opp. p. 1195. et 1116. — Du Pin Hist. eccles. vol. X. p. 1. — Oudin. comm. de SS. eccles. tom. II. col. 871. sqq. ad a. 1100. — Ballerin. Fr. in Gallandii sylloge etc. I. p. 586. sq. S. IX. - Ibid. p. 721. sq. Berard. de variis canon. collect. ante Gratianum S. X. - Pertsch. in: Historie des kanon. Rechts S. 38. p. 206. sqq. de Inone einsque Decreta, et S. 39. p. 209. fqq. de Pannormia, quam neque ab Hugone ex maiore opere Iuonis fuisse contractam, neque, vt pu'abat Douiat in hist. du Droit canon. part. L. cap. 27. S. 7. ab Hildeperto, archiepiscopo Tu-ronensi, (Tours) esse consectam, at dubium, num Iuo illius auctor omnino fit, adhuc esse censet. — Douist. in Praenotion. libr. III. cap. 27. p. 91. sqq. multus est de Iuonis Decreto, cap. autem 28. p. 95. sqq. de Pannormia: S. IV. adferenda ei videtur aduerfus Hugonem, et diuerfa ab epitome Decretorum: S. VIII. instituit collationem vtriusque operis Iuoniani, ad diuersum

ordi-

bibliotheca nouorum librorum a. 1698. p. 58. Libro primo maioris operis, tes ad sacrum baptismum et confirmationem pertinentes exponuntur: Secundo de sacra coena et missa et sanctitate aliorum sacramentorum: Tertio de ecclesia et rebus ecclesiasticis: Quarto de sessis ac iciuniis, scriptura sacra, ecclesiae consuetudinibus et conciliis: Quinto de primatu ecclesiae romanae, et de primatum, metropolitanorum, episcoporumque ordine ac iuribus: Sexto de vita, ordine et censura clericorum: Septimo de monachis: Ossano de coniugio et virginitate, de raptu, concubinatu, adulterio: Nono de incestu et gradibus prohibitis: Decimo de homicidiis voluntariis et inuoluntariis: Vndecimo de magis, sagis, histrionibus: Duodecimo de mendacio, periurio, etc. Tertiodecimo de surto, vsuris, venatoribus, ebriosis, suriosis, sudaeis: Decimoquarto de excommunicatione: Decimoquinto de poenitentia: Decimosexto de officio et iudiciis Laicorum: Decimoseptimo SS, patrum, et Gregorii M. prae ceteris sententiae de side, spe et charitate.

Quo facilius et Pannormiam possis cum maiore isso decreto conserre, ac quam verisimiliter pro epitoma eius haberi possit, iudicare; [P] en tibi etiam huius librorum octo argumenta, qualia auctor ipse in calce prologi exposuit. Prima pars huius libri continet de side et de diuersis haeresibus, de sacramento, id est, baptismate et ministerio baptizandorum et consecrandorum et consignandorum et consignatorum et de observatione singulorum, et quid conferat baptismus, quid construatio. De sacramento corporis et sanguinis Christi. De missa et sanctitate aliorum sacramentorum.

Secunda pars continet de conflitutione ecclesiae et oblationibus sidelium. De dedicatione et consecratione ecclesiarum et altarium. De sepultura et presbyteris, et de eorum ecclesiis. De decimis et legitima possessione, et de confugientibus ad ecclesiam. De sacrilegio. De libertorum tutela. De alienatione et communicatione rerum ecclesiasticarum. De scripturis et authenticis conciliis.

Tertia '

ordinem duorum voluminum cognoscendum. — cel. Gluck in Praecognitis etc. § 174. p. 438. sqq. vbi observat, abbates Camaldulenses (de claris archigymnasii Bonon. Professor. tom. I. P. I. pag. 248. § 3. et 4. ex quo in not. 16. Mauri Sartii notitiam cod. et iudicium adponit, demonstrasse, decretum Iuonis in edit. Molinaei, septendecim eonstans partibus, auctoris scopo haud respondere, illudque aliena manu valde interpolatum esse et adauctum, demonstrasse et in cod. quodam bibl. Corsinianae, qui Iuonis ipsius aetatem praese fert, genuinum Iuonis decretum contineri. In illo onim codice totum opus est in partes XVI.

distributum, eo ordine, qui reperitur in libris editis; deest autem pars XVII. quae in editis libris inscribitur de speculatinis sententiis, et singulae partes multo sunt breuiores, quam in editis exemplaribus; — Lakics in Praecognitis iuris eccles. cap. III. S. 57. p. 92. sqq. — Ign. Mulzer in historia legg. eccles. etc. S. 63. p. 33 sq. pauca de Iuone tradit; plura de eo eiusque scriptis Schroeckh in: christl. Kirchengeschichte, tom. XXVII. p. 13. sqq. 20. sqq. de eius Decreto et Pannormia; p. 170 225. XXVI. p. 22. 56. sq. XXVIII. p. 277. 279. Hark

Tertia pars continet de electione et consecratione papae, archiepiscoporum: de ordinibus, de clericis et de laicis: ordinandis et non ordinandis. De mutatione episcoporum. De ordinatis non reordinandis. De continentia ordinatorum. De simoniace ordinatis et ordinatoribus, quod omnino sint deponendi, et quod misericorditer reconciliandi. De prosessione haereticorum. De lapsu in sacris ordinibus, quod non debeant ministrare, et quod misericorditer ad ministrandum possint accedere. De clericis homicidis, quod non debent ministrare. De vsurariis. De seruis per ignorantiam ordinatis, qui debeant manere in ordinatione, qui con. De clericis ebriosis scurrilatoribus: de monachis. De aetate, qua possint parentes contradicere religioni filiorum, et qua non possint: de viduis et virginibus velatis: de abbatissis.

Quarta pars continet de primatu et dignitate romanae ecclefiae: de conciliis conuocandis. De prouincia, quomodo fit conftituenda: de potestate primatum et metropolitanorum episcoporum. De negotiis et causis clericorum, vbi debeant tractari. De spoliatis reuestiendis. De accusatione, et quo ordine, et a quibus personis, et aduersus quas personas debeat vel non debeat sieri. De testibus, qui et quomodo, et quot et in quo negotio testissicari debeant. De iudicibus, quales debeant esse, et quando sententiam iudicii debeant proferre. De adpellatione, quo tempore et qua ratione debeat sieri, et de poena male adpellantium.

Quinta pars continet de clericis, sola infamia sine testibus, accusatis, quota manu se debeant purgare. De causis et negotiis laicorum. De vocatione excommunicandorum. De sicita et illicita excommunicatione. De absolutione. De illis, qui excommunicatis in sidelitate aut sacramento [P] adstricti sunt, possunt sine periurio absolui ab illo sacramento. De haereticis post mortem excommunicandis. Quod sit communicandum non ex nomine excommunicatis.

Sexta para continet de nuptiis, quo scilicet tempore et inter quas personas et qua de eausa debeant sieri. De tribus, quae persestum reddunt coniugium. De persesto et impersesto coniugio. De concubinis. De coniugibus, quorum alter sine altero continentiam vouit, vel religionis habitum sumst. De vxoribus, quae viris in captiuitatem dustis, aliis nupsere. Quod sit coniugium inter personas eiusdem religionis vel sidei: non potest et inter ludaeos; inter personas vero, quae non sunt eiusdem religionis vel sidei, non potest sieri coniugium. Quibus de causs non debeat solui coniugium. Cuiusmodi coniunstio non facit coniugium. De separatione coniugii non ob causam fornicationis.

Septima pars continet de separatione coniugii ob causau fornicationis carnalis. De viro, qui cum alterius vxore fornicatur, quod post mortem mariti non potest sam habers vxorem. De interfesioribus coniugum suarum. De fornicatione spirituali, quod propter eam scite dimittatur vxor. De reconciliatione coniugum. De sacramentis, quod debent viri sacre mulieribus, et mulieres viris suis quando reconciliantur. De subiestione, qua debent vxores subiici viris suis. Qua ratione non debet sieri coniugium inter parentes. De eo, quod vnus vir non potest duas commatres ducere vnam post aliam. De eo, qui cum filiola sua cut eum commatre sua, aut qui silum suum baptizauit, aut eius vxor silium suum, aut privignum suum de sacro sonte leuauit, aut ad consiemationem tenuit, et ideo voluit separari. In quo ramusculo li 2

consanguinitatis possunt coniugia sieri. De accusatione consanguinitatis, et a quibus personis debet sieri. De inquirenda parentela et de incessuoso coniugio: distidio de gradibus consanguinitatis, resto et transuerso ordine dispositis.

Octava pars continet de homicidio squataneo et non spontaneo, et quod potest sieri sine peccato: de eo, qui quemlibet clericum occiderit, quid debeat emendare. De eo, qui percusserit mulierem in vtero habentem et abortierit, vtrum homicidium secerit, nec ne. De incantationibus et divinationibus, et diverso genere magicae artis. De natura daemonum. De sortibus. De observatione dierum et mensium. De iuramento, quod debeat teneri, nec ne; et quos habeat comites. De omni genere mendacii.

- 15) Herardi, Turonensium archiepiscopi a. C. 858. constituti capitula CXL. ex corpore canonum excerpta, editaque a Iac. Sirmondo in conciliis Galliae, atque hine recusa tom. VIII. concil. [P] Labbei p. 637. et tom. V. Harduin. p. 450. nec non in Capitularibus Baluzii tom. I. col. 1283. sqq. De hoc Herardo Baluzius ad Anton. Augustin. de emendatione Gratiani p. 485. Sed Labbeus p. 637. et Harduinus p. 459. subiecerunt etiam Gualteri siue Walteri episcopi ab a. C. 870. Aurelianensis capitula XXIV. ex editione Lud. Cellotii, S. I. cuius notas quoque Labbeus set Colet. concil. tom. X. col. 59. et 69. sqq. adiunxit, Harduinus omisit. Fabr. Cons. Fabricii nostri bibl. med. et inf. latin. tom. III. p. 234. ibique Mansium, et Pertsch Histor. des kanon. v. Kirchenrechts, p. 186. sq. Ballerin. in Gallandii sylloge etc. I. p. 625. S. VII. qui etiam memorant cod. Vatic. reginae 612. vbi plura Herardi capitula simul coëunt, conssciuntque capita XLVI. Harl.
- 16) Isaacus episcopus ab a. C. 859. Lingonensis, teste scriptore chronici S. Benigni, composuit librum, qui dicitur Canones Isaac, eoque ex libris canonum vtiliora quaeque eligendo in vnum volumen coartauit. Illum librum primus edidit Sirmondus in conciliis Galiiae, inde Labbeus tom. VIII. concil. pag. 598. Baluzius tom. 1. capitular. ac Harduinus tom. V. concil. p. 419. [Coletius concil. tom. IX. in calce. Conf. Fabr. nostri bibl. med. et inf. latin. tom. IV. p. 182. Mansi; — Ballerin. Fr. l. c. part. IV. cap. IX. in Gallandii fylloge etc. I. p. 622. sqq. de collectt. capitularium Ansegist et Bened. Leuitae, et de earum additionibus; excerpta ex irsdem capitularibus Isaaci, episcopi Lingonensis. — Pertsch. in Historia laud. p. 184. sqq. de Isaaco, p. 152. sqq. de Ansegiso et Benedicto Leuita. — Douiat. Praenott. etc. libr. III. cap. 33. de capitularibus regum atque imperatorum Francorum, et S. 2. p. 130. sq. de Ansegiso, eiusque collectione capitularium, ac S. 3. p. 131. sq. de Benedicto Leuita, eiusque collectione; denique §. 7. p. 134. fq. vbi vid. Schotti not. de Baluzii editione, quam integram reculam esse Venetiis 1772. fol. II. tomis; textum vero capitularium ex Baluzii recensione etiam in Pet. Georgischii corpore furis german. antiq. p. 1285. reperiri, adnotat Schottus. Add. infra in h. vol. p. 493. ed. vet. Fabric. nostri bibl. med. et inf. latin. I. p. 111. de Ansegiso et Spittler. in: Geschichte des kanon. Rechts etc. S. 64. pag. 250. sqq. — Lugduni Batau, in bibl. publ. inter codd. Vossian. sunt in cod. peruet. membr. Isaaci Lingo-

Lingonenf. canones, excerpti ex variis conciliis vel scriptoribus. v. cat. bibl. Leid. p. 187. nr. 29. Harl.] Notat Sirmondus, excerpsisse ssacum sua ex libris Capitularis, wt vocat: praecipue vero ex tribus libris posterioribus, quos Benedictus Leuita, (idem, a quo epistolas decretales suppositas collectas, suspicatur Blondellus prolegom. ad Pieudo-Ifidor. p. 28. fq.) ad Anfegifi abbatis collectionem adiecit. Vt vero idem Raluzius ad Reginonem p. 542. notat, duplex capitulorum regiorum genus erat. Alia erant regia fimpliciter, id est, in confilio principis inuenta et statuta; alia vero synodalia, regia fane, sed in synodis facta, et viplurimum de rebus ecclesiasticis. Collectionem generis vtriusque capitularium Caroli M. et Ludouici Pii, regum Francorum, circa a. C. 830. suasu Otgarii archiepisc. Moguntini adornauit Ansegisus, e Luxouiensi abbas Fontanellenfis, quem Trithemius auctor est collegisse Statuta ecclesiastica Caroli M. libris II. Leges mundanas eiusdem, libris II. Statuta ecclefiastica Ludouici, libris II. Leges mundanas eiusdem, libris II. Hisce libros tres alios capitularium Pipini et Carolomanni subiunxit Benedistus Leuita Moguntinensis a. C. 845. qui cum Anfegifo viderunt lucem, adiunctis etiam Lotharii et Caroli Calui aliorumque regum Francorum capitulis, cum adnotationibus Viti Amerbachii (ex edit. Ingolstad. 1545. 8.) et glossario Francisci Pithoei, Paris. 1588. 8. et 1603. 8. et ex Petri Pithoei recognitione Parif. 1620. 1640. 8. Et in codice legum antiquarum Frid. Lindenbrogii, Francot. 1613. fol, et in tomo I. Goldasti **) [P] constitutionum imperialium, ibid. 1613. 1674. et 1713. fol. Ab eo tempore *lacobus Sirmondus* S. I. promissa a Pithoeo Caroli Calui, Ludouici II. Carolomanni regis, et Caroli Simplic's capitula, cum coronationibus Caroli Calui et Ludouici II. Iudith item filiae et Hermintrudis, coniugis Caroli eiusdem, cum notis et analectis vulgauit Parif. 1623. 1640. 8. et inter eiusdem opera Sirmondi, quinque tomis in fol. iunctim edita Parif. 1696. tomo 3. vbi etiam capitulum regis Odonis et alia quaedam addita sunt ex locupletissima capitularium editione, quam cum erudita praefat, et notis dedit Stephanus Baluzius Parif, 1677. fol. 2. volum. in quibus Ansegisi ac Benedicti collectiones cum MSS. collatae, adeoque a prioribus editt. subinde discrepantes, (confer Caroli le Cointe Annales Francorum ad a. C. 827. n. 7.) et quae a Sirmondo in lucem protracta iam dixi, et Capitularia regum. Francorum a Childeberto I. a. 554. ad Childericum III. a. 744. Pipini item et Caroli M. Pipinique Italiae regis ac Ludouici Pii, Caroli Calui, Ludouici Balbi, Odonis regis, Caroli III. et imperatorum Lotharii atque Caroli III. continentur. Adiuncta etiam Herardi, Isaacique Lingonensis capitula: et Marculsi monachi "") aliorumque sormulae veteres,

xx) Quae fingula in Goldasti constitutionibus contineantur, recenset D. Io, Fabricius, theologus Helmit. tom. 2. bibliothecae suae p. 248. seq. De Lindenbrogii codice legum antiquarum dixi in bibliotheca Latina lib. IV. c. 10. p. 841. seq.

yy) Non vixisse Marculfum hunc regis Dagoberti tempore, qui a. C. 638. obiit, sed diu post

formulasque sacras inscripsisse Lauderico, non Parisiensi, sed Meldensi episcopo, qui circa Pipini et Caroli magni tempora claruit, contendit Launoius in inquisitione in chartam immunitatis p. 25. et in assertione inquisitionis p. 616. seq. Marculsi formularum antiquissimum codicem membranaceum, ex auctione Gudiana redemum, possideo, qui olim suit Frid. Lindenbrogis. Marculsi

quas cum eruditis notis ediderat Hieron. Bignouius Paris, 1613. 8. et 1666. 4. Omitto leges et capitula regum Francorum edita in tomo secundo Andreae du Chesne, et ad calcem conciliorum Galliae Narbonensis a Steph. Baluzio, Paris. 1668. 8. Prodierunt etiam Caroli M. constitutt. praecipuae, (ne dicam de non absoluta et împersectă Io. Tilii ***) editione Paris. 1548. 8.) cum notis Viti Amerbachii, Ingolstad. 1545. 8. et in legibus antiquis Ioannis Heroldi Basil. [P] 1557 fol. et ad calcem epistolarum Hincmari Remensis, edente **) Io. Busaeo, S. I. Mogunt. 1602. 4. et in Goldassi Monarchia imperii tom. 3. Francos. 1613. sol.

- Abbonis, Floriacensis abbatis, a. C. 1004. defuncti, liber canonum siue capita LII. ex canonibus excerpta cum praesatione ad Francorum regem Hugonem, siliumque Robertum, in lucem data sunt a Io. Mabilionio tom. 2. Analect. p. 248-337. [ed. autem in fol. p. 133. conf. Ballerin, l. c. part. IV. cap. 11. p. 632. sq. in Gallandii sylloge etc. I. et supra ad Reginon. in Morini collectione poenit. d. S. XX. 12. Harl.]
- 18) Sub Anselmi nomine, Lucentis ab a. C. 1071, episcopi, defuncti a. 1086, de quo auctor vitae a Seb. Tengnagelio editus, et acta fanctor. 18. Martii tom. 2. p. 647. feq. exstat in Barberina et aliis bibliothecis collectio canonum in plures tributa libros. In -regia quidem Paris. b) septem priores libri sunt hoc titulo: Incipit authentica et compendiosa collectio regularum et sententiarum sanctorum patrum et auctorabilium conciliorum, fasta tempore (Gregorii VH.) sanstissimi papae a beato Anselmo, episcopo Lucensi, eius diligenti imitatore et discipulo, cuius iusfione et praecepto desideranter consummauit opus hoe. Antonius Augustinus Hildeberto ') Cenomanensi maluit tribuere, certe Anselmi esse / negat, quoniam Vrbani II. et quoque posteriorum pontificum decreta Sed illa absunt a codice antiquissimo Vaticano sexcentorum annorum, vt indicat Antonius Pagi ad a. C. 1086. n. 4. nec non in altero monaficrii S. Germani Parif. ex quo vtroque operis illius editionem molitus fuit Lucas Dacherius, qui tamen morte praeuentus exfequi illud non potuit. Vaticani meminit etiam Baluzius ad Lupum Ferrariensem p. 379. edit. Lips. 1710. 8. Gratianum multa ex Anselmo repetiisse, non dubitabat Latinus Latinius p. 81. b. Bibliothecae facro-profanae. Fabr. Copiosius de Anselmo eiusque collectione canonum aliisque scriptis disputant Fabricius nosterin bibl. med. et inf. latinit. vol. I. p. 115. ed. Mansi — Du Pin Hist. eccles. vol. 1X. p. 98. — Ger. van Mastricht in Hist. iuris canonici et pontificii, Amstel. 1686. 8.

cussif formulae sine Bignonti notis recusae sunt in Frid. Lindenbrogii codice Legum antiquarum, qui et ipse notas addidit, et in supplemento bibliothecae patrum Morelliano tom. 2. et in bibl. patrum Lugdunensi tom. 12. p. 768.

22) Vide Iacobi le Long bibl. historic. Franciae p. 585. Gerh. von Mastricht S. 207. Hist. iuris eccles.

d) Titulus est: Caroli magni Constitutiones praccipuae tam ecclesiasticae quam politicae a Hlotario imp. eius nepote in epitomen redastae.

b) Bakız, ad Gratian, p. 641. et in praefat, n. 19.

c) Hildeberto collectionem canonum et decretorum videtur tribuisse Anton. Augustinus, quia inter eius epistolas per errorem legitur praefatio Iuonis.

d) Id. Baluz. in praef. S. 19.

[P] Vrbanus Regius in Colloquio de concilio Mantuano tom. 4. opp. germanice editor. pag. LXVI. seq. non adeo aspernatur conciliorum austoritatem, sed partium studio et dominandi, quod est in papa et episcopis, nihil boni ex illis exspessandum queritur. Idem dixeris de b. Lutheri et aliorum protestantium durius in concilia distis, quae collegit Allatius p. 33. contra Hottingerum et contra Creyghtonum p. 63. seq.

Edm. Richerii Apologia pro Ioanne Gersonio pro suprema ecclesiae et concilii generalis au-

Ctoritate etc. Lugd. Bat. 1676. 4.

In Bibliotheca maxima pontificia Io. Thomas Rosaberti, quae tomis XXI. Rom. 1697. sqq. fol. lucem vidit, plura exflant feripta, quordin pleraque pontificis auctoritatem fuper concilia mordicus tuentur; [vid. Bünau. bibl. catal. l. c. p. 235. fq.] tomo 1. *Adami* Tanneri ex Commentar. in summain D. Thomae tom. 3. disp. qu. 4. tomo 3. Andreas Duvalii, doctoris Sorbonici, de suprema pontificis in ecclesiam potestate: tomo 4. Antonii Paulutii, ICti Veneti, iurisprudentia facra de ecclesia, pontifice, comitiis ecclesiasticis: tomo 5. Boëtii Eponis de hierarchia ecclesiastica et de prouocatione a summo pontifice ad conciliuni generale: tomo 6. Cataldini de Boncompagnis de translatione concilii Basil. et potestate papae: tomo 7. Camilli Campegii, ord. praed. de pontificis supra reges et concilium auctoritate: Cupriani Beneti de prima orbis sede. concilio, ecclesiastica potestate et papae supremo insuperabilique dominio: [Caes. Petri Mich. Delphini decisio de proportione papae ad concilium, et de viroque eiusd. principatu]: tomo. 8. Dominici Grauinae de causis conciliorum etc. tomo 9. Dominici Jacobatii liber 3-10. tomo 10. Dominici a S. Trinitate de summo pontifice et facris conciliis: tomo II. Emanuelis a Schelftrate antiquitatis illustratae diss. 1. et 3. et ad concilium Conflantienfe de superioritate papas suprà concil, tomo 12. Francisci Suarezii de concilis: tomo 13. Ioannis de Turrecremata: tomo 15. Lud. Thomasinus: tomo 16. Melchioris Cani; tomo 18. Pauli Fabuloti et Petri Labati de papae superioritate supra concilia, Petri a Monte et Reginaldi Poli: tomo 19, Rudolphi Cupers, ICti, Stanislas Hoffi, Thom. Caletani de comparatione auctoritatis papae et concilii: et tomo 20. Thom. Stapletoni, Vincentif Ferre de comparatione concilii generalis cum potestate Vol. XII.

papae. Fabr. Quidam theologi cathol. susceperunt opus, inscriptum: Magna bibliqtheca, s. Notitia SS. ecclesiast. vett. et recc. Colon, 1734. fol. sed primum tantum modo vol. lucem adspexit. Harl.

Antonii de Rosellis monarchia, seu de potestate imperatoris ac papae, et de materia conciliorum. Venet. 1487. fol.

Emanuelis a Schelstrate, supra in Rocaberto, tom. 11.

[P] Nicolai Simonis, Carmelitae, a. 1511. defuncti, de potestate papae, imp. et concilii libri VI. memorantur a Valerio Andrea et Francisco Sweertio in bibl. Belgica.

Tho. Stapletoni, supra in Rocaberto, tom. 20.

Francisci Suaresii, in Rocaberto, tom. 12.

Matthaei Sutliuii libri de conciliis contra Bellarmin. Lond. 1600. 4.

Mich. Thomassi Takaquet, episcopi Ilerdensis, de ratione habendi concilia prouincialia ac dioecesana, ac de iis quae in his praecipue sunt tractanda, cui adiungitur Isidori ordo de celebrando concilio, Rom. 1565. 4. et tom. 2. bibl. Hispan. p. 117.

Adami Tanneri, supra in Rocaberto, tom. 1.

Lud. Thomasinus de auctoritate papae supra concilium, Paris. 1667. 4. et tom. 15. Rocaberti. Vide Ellies du Pin tom. 18. bibl. eccles. p. 188. Histoire des ouvrages des Sav. 1695. Fevr. p. 284.

Gerh. Titii disp. theologica de conciliis, Helmst. 1656. 4.

Dominici a S. Trinitate, supra in Rocaberto, tom. 10.

Ioannis de Turrecremata de papae concilique generalis auctoritate. Venet. 1563. 4. et tom. 13. Rocaberti.

Dan. Tossani de colloquiis et conciliis, quisnam eorum vsus in ecclesia. Heidelb. 1589. 8.

Francisci Turriani, S. I. de papae supra concilium auctoritate. Florent. 4.

Petri Pauli Vergerii cur et quomodo christianum concisium debeat esse liberum? 1557, 8. Eiusdem concisia papae vitanda, 1553. 4,

De conciliis synodia Vgonia, siue Matthiae Vgonii, episcopi Famaugustani, opus de omnibus ad concilia rite ac legitime celebranda pertinentibus. Brixiae 1541; sol. Venet. 1565. sol.

Simonis Vigorii de auctoritate concilii generalis supra papam. Colon. 1613. 8. Declaration aux docteurs de Sorbonne, 8. Apologia de suprema ecclesiae auctoritate contra Andream

dream du Val. Treeis 1615. 8. [in Vigorii opp. tom. I. p. 130-184. tom. II. p. 1-128. et tom. IV. p. 133. fqq. Parif. 1683. 4. Harl.]

Campegii Vitringae oratio de synodis. Franck. 1706. 4. Vaschuldige Nachrichten 1706. p. 536.

Guil. Wake, archiepiscopi postea Cantuariensis, liber insignis, qui inscribitur: the authority of christian princes over their ecclesiastical synods asserted, with particular respect to the Convocations of the Clergy of the Realm and Church of England. Lond. 1697. Omitto scripta plurima apud Anglos ab so tempore de eodem argumento in vtramque partem vulgata, [P] Wakii sententiam tuentibus G. Tydallo, White Kennoto, Humfredo Hody, Beniamino Hoadly, etc. contrariam Francisco Atterbury, Samuele Hillio aliisque.

Eliae Weihemmaieri diss. de comuocatoribus ac directoribus priorum quatuor conciliorum oecumenicorum aduersus Baronium, Bellarminum, Binium, etc. Witeberg. 1692. 4.

Guil. Whitakeri praelectiones de conciliis contra Bellarminum etc. sex quaestionibus. Cantabrig. 1600. Herborn, 1601. 8. et tom. 1. opp. p. 569. Genev. 1610. fol.

Georgii Wicelii adhortatio ad episcopum Moguntinum, vt vocetur concilium.

And. Willeti synopsis papismi de conciliis aduersus Bellarmin. Oppenh, 1618. 4.

Francisci de Zabarellis, ad quem pertinet ius indicendi concilium, (tempore schismatis a. 1404. inter Innocentium VII. et Benedictum.) Mogunt. 1607. 8. et in Simonis Schardii syntagmate tractatuum de Imperiali iurisdictione, Argentor. 1609. fol. ex edit. a. 1545.

[Differtation sur le concile de Trente, dans laquelle on prouve, que le concile general est au dessus du pape dans les matieres de la foi, et que le concile n'est pourtant pas infaillible, par Msr. de V. Amsterd. 1702. 12. Harl.]

IV. Concilia et synodi ecclesissicae auctoritatem diuersam obtinent, prout celebratae sunt vel a singularum dioeccseon clericis ac praesulibus, quales in singulis prouinciis bis per annum sieri cautum est canone Apost. 37. et Nicaeno 5. Vide Petr. de Marca VI. 13. de Concordia Sacerdotii et Imperii; vel quae sunt habita ab episcopis plurium dioeccseon sunt sunt on metropolita, exarcho aut patriarcha; vel denique, quae communi nomine magnae partis orbis christiani ex variis prouinciis ac dioeccsibus siue orientis siue occidentis ecclesiarum, quod postremum genus oecumenica, generalia atque vniuersalia concilia adpellari eonsuerunt. Vide Suicerum in Eurodos. O Quatuor duntaxat huiuscemodi sunt, quae ab oriente pariter et occidente, a romana ecclesia et protestantibus suscipiuntur:

Oo 2

e) Add. Sigm. Iac. Baumgarten diss. de indole, auctoritate numeroque conciliorum oecumenicorum. Halae Magdeb. 1753. 4. — Spittleri Geschichte des kanon. Rechts, p. 33. sqq. 51. sqq. 58. sqq. S. 9-15. it. p. 83. sqq. S. 19. — Douiat. in Praenott. libr. II. cap. 1. de conciliis, p. 207222. ibid. cap. 3. p. 245. sqq. ibique Schott, qui etiam laudat Douistii Explication des lieux et des pays, qui ont donné le nom aux Conciles, insertam eius Histoire du Droit canonique, Paris. 1677. 12. Harl.

1. Ni-

I.	Nicsenum fub Confluitino M. aduerfus haerefi	n Arii	C- 325.
2.	CPolitanum fub Theodosio M.	Macedonii	381.
3.	Ephefinum fub Theodofio minore	Nestorii	431.
4-	Chalcedonense sub imp. Marciano	Eutychis	, 45 Į.
Orientali	s ecclesia praeterea amplectitur:	•	
5.	CPolitanum sub Iustiniano, de tribus capitulis et aduersus Origenianos et Eutychianos		553.
6.	Trullanum sub Constantino Pogonato aduersus	Monotheletas	680.
	[] Quinisextum Truilanum sub Iustiniano Rhi	inotmeto, contra Ho	DO-
•	rium et Monotheletas	,	691.
7.	Nicaenum II. sub Constantino V. et Irene matr		787-
	CPolitanum sub Basilio Macedone, contra Pho	tium	869.
8.	CPolitanum sub eodem Basilio, pro Photio	• • •	879-
At in ro	mana ecclesia ^f) pro oecumenicis conciliis insupe	er habentur:	•
9.	Lateranense I. a. 1119. sub Callisso II.		
· 10.	Lateranense II. a. 1139. sub Innocentio II.		•
11.	Lateranense III. a. 1180. sub Alexandro III.		•
£ 2.	Lateranense IV. a. 1215. sub Innocentio III.		•
13.	Lugdunense I. a. 1245. sub Innocentio IV.	· .	
. 14.	Lugdunense II. a. 1274. sub Gregorio X.	,	
15.	Viennense a. 1311. sub Clemente V.	-	·, :
16.	Constantiense a, 1414. sub Ioanne XXII. ad Ma	rtin um'V .	
	Basileense s) a. 1431. sub Eugenio IV.	•	
18.	Florentinum a. 1439. fub Eugenio IV.		
19.	Lateranense V. a. 1512. sub Iulio II. et Leone X.		
20.	Tridentinum a. 1545. ad 1563. sub Paulo III. ad	Pium IV.	•
		•	

V. Col-

Nide Laur. Brancati epitomen canonum pag. 133.

Brancatius, Bellarminus etiam Constantiense lib. 1.

de concil. cap. 5. A Gallicana ecclesia nec Florentinum nec Lateranense V. pro vniuersalibus g) Basileense concilium inter generalia omittit haberi, notat Io. Launoius parte VIII. epist. 11. p. 736, feq.

V. Collectiones conciliorum, generalium et particularium,

Primum omnium) Iacobus Merlinus, doctor theologus et ecclesiae Parissensis poenitentiarius, Lutetiae a. C. 1524. duos conciliorum tomos, a Petro Quentello a. C. 1530.) Coloniae recusos, [v. Panzer. A. T. vol. VI. p. 409. nr. 562. et VIII. p. 89. nr. 1441.] et [P] a. C. 1535. denuo Parissis impressos adornauit; vno quidem concilia vna cum romanorum pontificum epistolis decretalibus ab Isidoro quondam compilata, altero vero acta duorum Constantinopolitanorum, nec non Constantiensis et Basileensis concilii complexus.

Huius diligentiam imitatus Petrus Crabbe, Mechlinensis, ordinis Franciscani a. C. 1538. Coloniae apud Petrum Quentel, itidem duos conciliorum tomos Carolo V. imperatori dicatos, sed longe ampliores edidit, in quibus praeter adpendices et supplementa concilii Constantiensis et Basileensis, variasque synodos et epistolas, gesta concilii Chalcedonensis ex recensione Rustici, romanae ecclesiae diaconi, Liberati Carthaginiensis breviarium, concilium Lateranense sub Innocentii III. pontificatu celebratum, gesta concilii Florentini ex interpretatione Bartholomaei Abrami Cretensis, et vitas romanorum pontificum adiecit. Quum vero ne sic quidem conciliorum historiae satisfecisse sibi videretur, anno vulgaris aerae 1551. iunctis Orthuini Gratii sudiis, Coloniae ex officina Ioannis Quentel, nonum conciliorum opus tribus tomis comprehensum, Nicaeno II. Lateranensi V. plurimisque aliis conciliis additis, in publicum emist. In tomo 2. p. 809. exhibuit etiam Leodiensis cleri epistolam contra Paschalem II. et tom. 2. p. 967. Opusculum tripartitum de variis negotiis et abusibus, nec non tom. 3. p. 819. consilium delectorum cardinalium et aliorum praelatorum

k) Quum doctor olim mens b. Thomas Ittigius notitiam collectionum conciliorum dederit in actis Eruditorum a. 1684. p. 348. eam hoc loco excerpere et observationibus meis ac supplementis auctam lectori exhibere volui. Fabr. Conf. de collectionib. concil. I. G. Walch. bibl. theol. feled. tom. III. pag. 824. fqq. — Christi. Guil. Franc. Walch. prolegg. ad Entwurf einer vollstand. Histor. der Kirchenversammlung. S. 26. p. 30 sqq. — Fuchs Biblioth der Kirchenver-famm. part. I. p. 334. sqq. qui plentores et integras fugularum editt. fubiecit inscriptiones. -Planck Einleitung in die theol. Wissensch. part. II. p. 276. fqq. — Car. Frid. Walch. ad Eckhardi Hermeneuticen iuris lib. I. cap. 8. S. 312. pag. 560. fqq. - Noesselt. Anweisung zur Kenntniss der besten Bilcher in allen Theilen der Theologie, ed. III. p. 559. sqq. — Lakics Praecognita iuris eccles. vniuersi, sect. I. cap. 4. 6. 132. sqq. pag. 205. sqc. qui etiam citat Salmon iudicia de illis collection, in Op. de studio concilior. part. II. c. 2. artic. 1. sqq. et c. 6. artic. 1. sqq. Harl.

i) Apud Labbeum, qui praesationes superiorum editionum tomo primo collectionis suae praemisit, praeter rem, typographi vel calami vitio traditur, editionem Coloniensem Merlinia. nam anni 1530, esse in 8. Est mihi in manibus editio Coloniensis a. 1530. perinde in sol. vt Parisienses tom. I. 1523. tom. II. 1924. et 1535. Tomus prior mera est Isidori collectio, sed, vt supra p. 17. ed. vet. et ed. nou. p. 165. notaui, interpolata et additis pontificum post Gregorium magnum decretis aucta. In editionibus a. 1530. et 1535. ad calcem tom. I. etiam addita bulla au. rea Caroli IV. et bulla Pii V. de non adpellando ad futurum concilium. Harduinus [etiam Walch. fil. in prolegg. citat.] praeterea memorat alteram collectionem conciliorum, quam vocat, elegantiffimam anni 1535. apud Franciscum Regnault, Parisiis in 8. quam non vidi. [Fuchs l. c. p. 355. memorat ed. Paris. 1536. in 8. haud diuersam a saperioribus, nisi ve epistola nuncupator. ed. primae valde sit mutilata. Harl.]

rum de emendanda ecclesia Paulo III. iubente conscriptum et exhibitum a. C. 1538. quae tria scripta deinde omissa a Binio, dedit iterum Ed. Brown in adpendice ad fasciculum rerum expetendarum sugiendarumque. Crabbium in conciliis integre ac sideliter edendis summain diligentiam adhibusse, Guil. Witackerus in praesat. ad tom. 2. opp. libenter suit professus.

Anno 1555. Parisiis apud Audoënum Paruum Franciscus Iouerius Valentinus tripartitum sanctionum ecclesiasticarum opus, quarum prima classis synodos vniuersales, secunda particulares, tertia pontificum decreta continet, eum in finem Parisiis vulgauit, vt singulis sanctionum istarum generibus, quae hactenus permixta suerant, seorsim collocatis, conciliorum lectio iucundior et facilior redderetur. Verum quum noui nihil adtulerit, sed potius de contrahendo volumine, ne vitra debitam magnitudinem excresceret, solicitus suerit, aeque minus hoc loco rationem eius aliquam habendam ducimus, quam Bartholomaei [P] Carranzae et ceterorum, qui conciliorum tomos in summas et compendia redegerunt, de quibus supra p. 100. seq. ed. vet. et ed. nou. p. 276.

Progredimur ergo ad Laur. Surium, Carthusianum, qui quatuor volumina conciliorum, Coloniae a. C. 1567. Gerwini Calenii iuris Licentiati, et heredum Io. Quentelii typis impressa diuulgauit et Philippo II. Hispaniarum regi inscripsit, in quibus non solum aliquot locorum millia, ad manuscriptorum codicum sidem diligenter collata, emendauit et integritati suae restituit, verum etiam libris octo constitutionum apostolicarum, quas vocant, et codice encyclio seu syntagmate epistolarum synodalium, pro desensione concilii Chalcedonensis ad Leonem imp. ex diuersis prouinciis scriptarum, concilio V. generali, plurimique aliis antiquitatis ecclesiasticae monumentis, quae in id vsque tempus desiderata surant, conciliorum thesaurum locupletauit. Ad hanc editionem animaduersiones nonnullae Latini Latinii leguntur in eius Bibliotheca sacro-prosana pag. 117. seq. De Frontonis Ducaei ad hanc editionem notis et variis lectionibus, quas deinde ad Binium edendas transmist, vide Petri Aurelii opera tom. 3 285. seq. 289. De side non optima, qua in vulgandis conciliis Surius suit vsus, b. D. Casparem Loescherum diss. de latrociniis in publicos scriptores §. 46. et 48.

Surianam conciliorum collectionem Veneta excepit, quae in quinque tomos distributa a. C. 1585. auspiciis Sixti V. ex Dominici Nicolini officina prodiit, actis concilii Nicaeni, quae Alphonsus Pisanus ediderat, nec non actis Ephesini concilii, quae Theod. Peltanus latino idiomate donauerat, et Caroli Borromaei conciliis Mediolanensibus, nonnullisque aliis conciliis et epistolis auctior; vt adnotationes breuiores margini, et pleniores contextui adiectas taceamus. [Plura de hac coll. scripsit Fuchs l. c. p. 338. sq. Harl.] Male Hendreichius pag. 580. Pandect. Brandenb. editionem Venetam conciliorum tribait Binio. Male idem memorat editiones Coloniensem 1628. pro 1618. et Romanam 1628. pro 1608.

Seueri-



Seuerinus Binius, canonicus Colonienf. 1606. novam conciliorum collectionem, fcholiis et adnotationibus ex Baronio A) maxime [P] depromtis, et ad curiae romanae placita accommodatis illustratam, et duodecimo post anno, vulgaris acrae 1618. iterum aliam in eruditorum conspectum hoc discrimine prodire inslit, ve prior editio mere lating quatuor tomis, tertio in duo volumina diuiso, contineatur, in posteriore autem, quae longe amplior et illustrior est, graeca, praeter alias accessiones plurimas et maximas, quaecunque reperiri potuerunt, accesserint, singulis tomis in duo vel tria volumina distributis; quamquam postea Parisienses, quum posteriorem Binii editionem a. C. 1638. 1) iterum Morellianis typis prelo subiecerunt, totum opus in nouem tomos, septimo in duo volumina partito, digesserunt. Ceterum e plurimis, quae Binius partim in prima, partim in secunda editione conciliorum tomis primus inferuit, nominare iam sufficiat concilia Hispanica, quae a. C. 1593. Madriti apud Petrum Madrigalium, *Garfiae Loaifae (Loayfa)* studio, cum eiusdem scholiis et adnotationibus edita fuerant, et tom. IV. graeco-latinos conciliorum generalium, quae a. C. 1608-1612. Pauli V. auspiciis Romae ex Vaticana typographia prodeuntia Iac. Sirmondo curante, sed multis mutationibus factis, lucem adspexerunt. Sirmondi praesatio in eius operibus tom. 4. p. 606. recula legitur.

Verum et voluminum numero, et augusto chartae et typorum apparatu, Binianas et omnes reliquas conciliorum collectiones antecellit Regia, quae auspiciis Armandi Plessaci Richelii in 37. tomos diffusa a. C. 1644. in fol. Parisiis in publicum exiuit, quae et ipla nouis accessionibus minime caruit. In ea enim Iacobi Sirmondi concilia Gallicana, Horatii Infliniani concilium Florentinum, quod paullo ante id tempus Romae excusum fuerat, Vigilii epistola pro confirmatione synodi V. et adpendix ad concilium Claromontanum cum dissertationibus Petri de Marca, antiqua Angliae concilia, concilium Lemonicense ex manuscripto Thuanae bibliothecae codice suppletum, aliaque, quae Binium et reliquos conciliorum editores latuerant, comparent. Iasobus le Long in bibliotheca historica Galliae p. 89. ex Lengleto notat, fuisse, qui observatint monumenta potessatem regum principumque spectantia in hac editione adcuratius, quam in aliis expressa legi. Tamen et ipse monet, in hac etiam exstare, quod Philippus Pulcher iure fuerit excommunicatus, et auctor scripti Tolosae 1691. 12. excus, lettre d'un Abbé à un [P] Prelat de la Cour de Rome p. 54. non fine indignatione testator, hoc se videre, quod in conciliis, regis sumtu excusis, non leuis macula memoriae maiorum eius adspergatur, decretisque regiam potestatem circumscribentibus

E) Binium Baronii perpetuum exscriptorem vocat Matthaeus Larroquanus pag. 155. diss. de Liberio pontifice. Et ideo notas eius omissse se in sua conciliorum editione Harduinus prositetur. Binius in graecis, vt multa docent, parum exercitatus, iudice Labbea tom. I. p. 192. Malam quoque sidem ilius in conciliis edendis arguit Beueregius notis ad Synodicum p. 170. 172. 175. etc. Confer Tho. Comberi, canonici Eboracensis, fraudes Romanas in editione conciliorum priorum quatuor seculorum et a Baronio commissa,

Lond. 1689. 4. Acta Eruditorum tom. 2. suppl. p. 39. Tho. Iamesii of the corruption of Scripture; Councels and Fathers, by the Church of Rome. Lond. 1611. 4. Guilhelmi Grashovii epistolam ad Seuerinum Binium de conciliorum editione. Lond. 1624. et in Eduardi Brown adpendice ad sasciculum rerum expetendarum et sugiendarum num. XXIII. [Vserius in antiquit. ecclesiae Britann. p. 235.]

1) 1636. ap. Fuchs. p. 340. quem vide. Harl.

tibus et regno schismatis notam impingentibus concilietur auctoritas. Labbeus tom. 1. p. 194. Neque hic sollicitabo manes sollertis, mihi dum viueret amici, Regiae seu Lupareae, vt vocant, collestionis conciliorum editoris, quem Binianis erroribus tenasius, saltem per initia adhaessse, saepius doluimus. Indicem chronologicum et alphabeticum in hanc editionem habes in catalogo bibl. publicae Groninganae p. 38. seq.

Viginti tomis minor est conciliorum collectio, quam ab eo tempore Philippus Labbeus S. I. in se suscepit, et operi ") a. 1667. 17. Mart. immortuus Gabrieli Coffartio S. I. perficiendam reliquit, a. C. 1672. XVII. voll. fol. Parifiis absoluta. Sed quantum Regiae cedit voluminum numero, typis quippe minutioribus expressa, tantum conciliorum et tractatuum ad pleniorem conciliorum hiltoriam pertinentium copia regiam fuperat; vt patet ex fynopfi fingulorum 17. tomorum, in qua afterifco notantur, quae in regia collectione defiderantur: qualia sunt Clementis Romani prior ad Corinthios epistola cum praesatione et notis Patricii Iunii, et posterioris epistolae fragmentum cum diuinatione Godofr. Vendelini, Constitutiones apostolicae graece et latine, interprete Francisco Turriano; Vrsini Afri trachatus de baptismo haereticorum, a Rigaltio in notis ad Cyprianum, non expresso auctoris nomine vulgatus; Ferdinandi de Mendoza libri tres de confirmando concilio Eliberitano; canones 84. Nicaeni, cum aliis tiusdem concilii fanctionibus et decretis, ex arabica versione ab Abrahamo Ecchellensi Maronita latine redditi, eiusdemque interpretis dissertatio et notae: concilium Carthaginiense I. a Luca Holstenio ex Vaticana bibliotheca emendatum; Marii Mereatoris commonitorium super nomine Celestii, Pelagii, et Iuliani; Petauii dissertatio de damnatione Photini; variorum patrum epiftolae et responsa canonica; varia concilia ex libello fynodico; Albaspinel ad concilia nomulla observationes; Iacobi [17] Sirmondi ad epistolas pontificum et concilia Gallica notae postumae, aliaque ecclesiastica monumenta ab iplo edita, ve ipfius Labbei obleruationes pallim interspersas, et ceters, quae partim in primo et secundo tomo, ex quibus huc paucula speciminis loco excerpsimus, partim in reliquis voluminibus occurrunt, filentio praetermittamus, quum longe plura fint, quam vt hic figillatim recenseri possint aut debeant,

Iamque apud multos perfecta et omnibus numeris absoluta videri poterat conciliorum collectio, quum vir celeberrimus Steph. Baluzius, postquam et suopte ingenio a teneris ad haec studia propensus, et Petri de Marca, quem perquam sibi familiarem habuit, exemplo incitatus, et Colbertina, cui postmodo praesectus suit, bibliotheca aliisque subsidiis adiutus, maximam ecclesiasticae eruditionis supellectilem collegisset, plurima in conciliorum collectionibus etiam postremis omissa, aut negligentius, quam oportuit, tractata deprehendit. Quamobrem, si ad emendanda, augenda, et complenda conciliorum acta animum adpel-

m) Io. Commirius p. 212, Poëmatum hoc Labbeo posuit epitaphium:

Labbeus hic situs est, vitam mortemque requiris?
Vita libros illi scribere, morsque fuit.
O nimium felix, qui patrum antiqua retrastans

Concilia, accessit conciliis superum.

Idem de Cossartio p. 212.

Hic et concilia et coetus spectare piorum Meo adsidentem Labbeo demum licet, Et coniuratos Christum desendere patres etc. adpelleret, operae se pretium sacturum existiment, coque consilio nousm conciliorum collectionem seu potius reliquarum collectionem supplementum adparare coepit, cuius primus tomus a 1683. Parisiis editus, ") et a 1707. sub titulo supplementi conciliorum Labbei iterum expositus; ab a C. 125. ad santi vsque sacculi medium pertingit. Auspicatur a concilio Siculo contra Heracleonitas, Valentini progeniem, coacto, chius memoriam antiquus austor, sub Praedestinati nomine a Sirmondo editus, in libro primo de haeresibus ad posteros transmisit, ex quo etiam concilium Pergamense contra Colarbasianos, Romanum contra Venustianos, Carthaginiense contra Manichaeos, orientale contra Cerdonianos, et duo Achaica contra Valessos et Aetianos, suo quodque loco inserta memorantur. Longum esset, referre concilia, quae a Labbeo et aliis omissa, ex Eusebio, Athanasio, Hilario, Ambrosio, Epiphanio, Hieronymo, Augustino, Mario Mercatore, Victore Tununensi, Photio, aliisque auctoribus Baluzius suppleuit. Longius ea enumerare, quae vel a plurimis mendis liberauit, vel loco non suo positendis locupletauit, vel egregiis observationibus illustrauit, vel accessionibus anna poepitendis locupletauit. Quocirca vnum tantum ac alterum exemplum referemus.

Ad concilium Mediolanenie, a. C. 355, in caula Athanalii a trecentis et amplius episcopis habitum, ex vita Eusebii Vercellensis, quam tom. 4. Italiae sacrae Ferd, Vehellus publicauit, prolixam de rebus in eo gestis narrationem addit. Acta Ariminensis concilii a. 359. ex fragmentis [P] Hilarii, a Nic. Fabro ex Pet. Pithoei biblioth. editis, et Hieronymo, subiectis notis et variis lectionibus recenset... Syandum Scleuciensem eiusd. anni, quum eam tanto compendio in concilia relatam animadus recret, ve etiam expositio sidei in silo concilio tradita omiffa fuerit, paulo adquatius enerrandam existimanit, et harom rerum studiosi in vnum locum congesta reperire possant, quae Athanasius, Hilarius, Epiphanius, Seuerus Sulpitius, Socrates, aliique veteres de ista fynodo tradiderunt. Concilium Rom. A. 367. in quo Damafus publica voce Liberium damnauit, quamuis eius mentio nullibi quam in vita Eulebii romani habeatur, non indignum tamen centuit, quod reliquis conciliis adiungeretur. Concilii Cabarfustitani a 1893. epistolam synodicam ab Augustino seruatam cum pluribus codicibus manuscriptis contulit, et varias lectiones adnotauit. Ad concilium Carthaginiense IV, quod a, C. 398. celebratum est, canonem 105. nunc primum ex Vrgellensis ecclefiae codice adiecit, ex quo etiam ad Regenfe concilium duos canones addidit, ques in vulgatis editionibus deesse deprehendit, Acta concilii ad Quercum contra Chrysostomum a, 403. habiti, quae in postrema conciliorum editione ex Photio relata sucrant, ex Palladii dialogo, quem Emerico Bigorio debemus, memorat, In epistola Vigilii ad Profuturum opife. Bracarenfem feripta, quae quondam Eutherio vel Eleutherio inferipta fuerat, eam partem, quae de Romanae ecclesiae primatu agit, omisit, sidem antiquorum codicum, ex quibus hanc epistolam edidit, sequetus, Sed his omissis ad ea, quae maiorem huius tomi partem occupant, transeamus.

. Celebris

wa) V. ada gruditeriost. pro48: Harket eine en 200 en 200 en 200.

Vol. XII.

Pр

Celebris est collatio Augustini seuro inter Catholicos et Donatistas a. 411. habita, cuius gesta Seuerini et Iuliani impulsu Marcellus Memorialis in compendium contraxit. Ecrum vnicum, quantum constat, manuscriptum exemplar ab interitu seruatum hodie superest, quod quum superiore seculo Io. Tilii, Meldensis episcopi, beneficio in Francisci Balduini manus peruenisset, post eius mortem primum Papyrii Massoni, ac deinceps Petri Pithoei eura emendatius prodiit. A quo tempore collationis eius gesta etiam cum Optati Mileuitani operibus, et in conciliorum tomis excusa denuo sucrunt, Quum autem Baluzius multa adhue emendanda restare intelligerer, id operae in se suscepta, vt codices editos cum manuscripto, quod nunc in Colbertina bibl. adservatur, diligenter conferret, errata veteris librarii tolleret, et gesta haec longe saniora, quam vnquam antes prodierant, vulgaret: Adiunnit sermones ab Augustino ante et post collationem habitos, et quae in gestis tertiae cognitionis desiderantur, [18] ex Augustino breuiculo suppleuit. In notis vero, quas addidit, non solum emendationum suarum rationem exposuit, verum etiam plurima obscura et intellectu difficilia solerter explicauit, et imprimis esclesiae Africanae notitiam egregie illustrauit.

Antiquam versionem concilis Ephesini ab Antonio Contio quondam editam, et in tomis conciliorum hactenus neglectam, nouae luic conciliorum collectioni inserere non dedignatus est, quum praesertim eam ope trium verustissimorum codicum longe meliorem secerit, et eruditis coniecturis suis vbique additis, a plurimis mendis et lacunis repurgauerit. Subiuncta est actio VI. concilii Ephesini, interprete Mario Mercatore nunc primum edita, cum epistolis quibusdam ad Nestoniu caussam persinentibus, quas inter Marii Mercatoris opera Garnerius iam ediderat. Succedunt sugmenta quaectam graeca, partimi ex codicibus biblioth, regiae nunc primum edita, partimi ex monumentis reclessae graecae a Cotelerio vulgatis depromta. Praemissum est actis concilis Ephesini constronitorium Cyrilli Posidonio datum, quum propter Nestorii negotium Roman mitteretur, inter Iac Sirmondi schedas haud ita pridem repertum, nec non commonitorium Caelestini episcopi romani episcopis et presbyteris ad Ephesinum concilium euntibus datum, quod hactenus ineditum Baluzius adserit, oblitus, quod Christianus Lupus Ord Fr. Eremit. S. Augustini, post variorum patrum epistolas ad Ephesinum et Chalcedonense concilium spectantes, illud ipsum commonitorium iam euulgauerat.

Totum illud syntagma epistolarum a Lupo ex codice Casinensi Romae descriptum, et postea in Belgio vulgatum, et in Actis Erudit, mense Augusto 1683, memoratum, Baluzius in nouam hanc conciliorum collectionem intulit, aegerrime serens, quod MS, illum codicem, quo Lupus vius suerat, consulere haud potuerit. Quamuis enim nihil intentatum reliquisset, vt eius compos sieret, tanta tamen suit monachorum illorum pertinacia; vt nulla arte nullisque precibus id impetrare potuerit. Suspicatur autem Baluzius, auctorem istius collectionis suisse Africanum et trium capitulorum desensorem, et post Iustiniani tempora hoc synodicum aduersus tragoediam Irenaei, seu aduersus libros, quos Irenaeus Nestorii partibus addictus, tragoediam vocauit, compilasse, quod; a Lupo; admodum indiligenter emissum queritur. Notas, quas Lupus admodum prolixas ad ducentesimum vique collectionis.

lectionis huius caput, cui immortuus est, ") adiunxit, Baluzius omisit, et [?] ipse breviores animaduersiones singulis fere paginis subject, in quibus haud raro a Lupi scholiis dissentit. Quum enim Lupus in scholiis ad cap. 117. solum Damasum, damnasse Lucium Arianum et Maximum Cynicum, adserat, id negat Baluzius, cumque vehementer errare minime dubitat, quum Damasus Lucium non solus, sed cum concilio Italiae et totius occidentis damnaverit, Maximum autem non damnauerit, sed potius contra Nectarium partibus cius addictus sucrit. Quae Lupus de pactis inter Proclum et Dominum conuentis ex epistola Theodoreti ad Flauianum in scholiis ad c. 192. protulit, Baluzius mera esse commenta iudicat. Loca, e quibus Lupus cuincere conatur, christianam sidem semper tradidisse, vnicuique sideli praesertim episcopo esse proprium custodem angelum, id minime probare, quod debent, Baluzius arbitratur.

Idem antiquam Chalcedonensis concilis versionem, quam Rusticus diaconus emendandam suscepit, et Petrus Crabbe primus integram edidit, quum antea exiguam eius partem Merlinus enulgasset, a Romanis conciliorum generalium editoribus, quos Binius et reliqui sequuti sunt, sub emendationis specie tantum non obliteratam animaduertens, antiqua Chalcedonensis concilii exemplaria magno studio conquisiuit, et cum editis tanta diligentia contulit, vi ipse paene vereretur, ne in adnotatione variarum sectionum, quas huc congessit, nimius suerit. In prolegomenis huic concilio praesixis, vi et hoc addamus, inter alia contra Paschassum Quesnelium disputat, qui Iulium Puteolanum episcopum Ephesino concilio non intersuisse, et actionem concilii Chalcedonensis de Donno, a latino quodam impostore in gratiam romani pontificis consistam censuerat.

Post adpendices concilii Chalcedonensis, codicem illum encyclium inssu Cassiodori Senatoris ab Epiphanio Scholastico latinitate donatum, et primum a Surio vulgatum, cuius iam supra mentionem secunus, cadem methodo, qua Chalcedonense concilium tractauit. Quum enim in Romana et ceteris, Romanam sequutis, conciliorum editionibus multa huic codici perperam inserta, multa haud exigui momenti intacta et praetermissa, ordinem epistolarum turbatum, ipsumque codicem loco alieno positum observasset: exemplaria manuscripta et edita antiqua et noua adcurate perlustrauit, et quantum inter se varient, ostendit.

Postremum huius tomi concilium est generale quintum, cuius emendationem etsi iam Labbeus antiquo Claudii Iolii codice adhibito aggressus fuerat, Baluzius tamen eodem codice, quo Labbeus vius suerat, penitius [P] inspecto, deprehendit, multa ab ipso neglecta et praeterita suisse. Quapropter se rem nec a proposito suo alienam, nec eruditis ingratam facturum arbitratus est, si ea, consulto praeterea Bellouacensi codice, in noua hac conciliorum collectione sideliter suppleret. Videas igitur hic fragmentum ex iudicato Vigilii, duas Vigilii epistolas ad Iustinianum et Theodorum, iam olim a Monotheletis corruptas, eoque nomine in synodo generali VI. salii postulatas, testimonium Theodori Cappadocia et Cethegi patricii, de iureiurando, quo se Vigilius obstrinxit, et litteras Iustiniani aduersus

o) 10, Iul. a. 1681. Vide Ellies du Pin tom. 18. bibl, eccles. p. 131.

Digitized by Google

Vigilium, vt maximum variarum lectionum adparatum taceamus. Additi funt canones concilii V. quos ex veteri MS. bibliothecae caesareae Pet. Lambecius graece edidit, quos excipit constitutum Vigilii de damnatione trium capitulorum in Colbertino quodam codice inuentum, et ab epistola Vigilii ad Eutychium, quam in regise bibliothecae codice repertam Petrus de Marca publici iuris secerat, et erudita dissertatione illustrauerat, diuersum.

Post finem tomi primi accedunt Addenda ad concilium Chalcedonense, ab Hieronymo Casanata serius transmissa, et alia nonnulla, quae in diuersis conciliis edenda vel emendanda auctor observanit, qui toto hoc opere monstrauit, longe pleniorem et emendatiorem conciliorum collectionem sieri posse, si quis pulcerrimi issius et viilissimi laboris consilium aliquando capiat. Quamuis vero optandum foret, vt ipse, qui consilium dedit, negotio huic, cui nemo aptior, manum admouisset, ") interim tamen maximae ipsi ab historiae ecclesiassicae studiosis gratiae debentur, quod saltem aliis egregii huius operis molem in se aliquando fortasse suscepturis sundamenta praestruxit, et vt maximum laborum compendium illis saceret, nullis vigiliis atque laboribus pepercit. Hassenus de collessione conciliorum Baluziana.

Petri Pithoei corpus conciliorum, amplius Labbeano, numquam lucem vidit: ea MSta vsus est Sirmondus!) ad gallicorum conciliorum editionem.

[P] Neque editum est supplementum conciliorum, quod e MSS. bibliothecae caefareae dare promisit Lambecius lib. 1. p. 127. 132, 146. etc. ac post Lambecium Daniel Nesselius in sciagraphia magni corporis historici.

Fatis etiam prius interceptus suit Petrus Allixias, quam conciliorum generalium corpus notis et dissertationibus illustrandum ac quinque voluminibus absoluendum, cuius a. 1693.) spem secit, ad vimbilicum perducere potuit.

Non

- p) Tomi secundi conciliorum argumentum et elenchus edisus est a Baluzio a. 1688, vt memorat Iacobus le Long p. 89. biblioth. historicae Gallicae. Obiit Baluzius 28. Iul. 1718. aetat. 88. De cuius vita et scriptis, Europe sauante 1718. August. p. 239. Iournal. des Sav. 1719. Iul. p. 18. seq.
- q) Iournal des Sav. p. 1697. seq. Mr. Desmarets, Avocat au Parlement, nous apprend dans la Preface qu'il a misse à la tête du Corps de Droit Canonique de Mrs. Pithou, que quand Pierre, l'ainé et le plus savant des deux freres, eut entrepris de revoir le texte du decret, et des

decretales, et de le corriger, il sit venir pour cet esset avec beaucoup de peine et de depense des plus sameuses bibliotheques de l'Europe, un grand nombre d'anciens manuscrits de conciles generaux et provinciaux, dont il auroit donné le recueil au public s'il en avoit eu le tems. Ce recueil qui dès lors se trouva plus ample que n'est celui que le P. Labbe et le P. Cossart ont fait imprimer depuis, suit preté en 1621, par Mr. Dupui au P. Sirmond, qui s'en servit pour publier ses Conciles de France, comme il le ternoigne en pluseurs endroits de ses notes.

r) Acta Erud. 1693. p. 96.

Non difficile fuisset Ioanni Harduino S. I. si hoc ei suisset propositum, quadraginta tomis") concilia edere, atque ita voluminum multitudine non Labbeanam modo, sed ipsam etiam regiam συναγωγήν supergredi. Sed visum ipsi potius minuere, quam augere tomorum amplitudinem et numerum; igitur nouissima, quam ipsi debemus, collectió vndecim modo tomis, (fiue duodecim, nam quintus in duo volumina diuifus est,) tota absoluitur, Parif. 1715. fol. non pauca tamen habet recens addita, multa emendatiora, et breuibus, sed adpositis et eruditis notis illuminata, praecipue laudatissimam operam ab eo positam videre licet in indice geographico episcopatuum, in quo geographiae ecclesiasticae veteri lucem novam ac singularem ab eo adlatam esse nemo negauerit. Ceterum character typorum, graccorum praesertim, longe, quam in Labbeana, (nedum regia,) minutior, notae pleracque omnes non Binii modo sed Labbei quoque praetermissae, omissa etiam multa alia, quae multi omissa nolent, atque ideo cogentur tanto sumtu etiam Labbeanam sibi editionem comparare, ne dicam [f] alterata quaedam et perperam posita, vt nugicus do Ecus calamus fuffragaretur, cuius rei exemplum fupra p. 65. ed. vet. et ed. nou, p. 230. adtuli: quare semper erit commodum, priores editiones conferre, vbi argumentum dubium fuerit, nec vno Harduino stare: imo peroptandum, concilia de integro bona fide recenseri a viris rei ecclefiafticae peritis et veritati candide litantibus, vt neceffariis notis inflructa et aduerfus corruptelas praemunita legi tutius et maiore cum fructu possint. Quae libertatibus ecclesiae, Gallicanae regumque potestati contraria, in indice praesertim operis Harduinus tradidit, a Ludouico Ellies du Pin notata sunt in scripto ad parlamentum Parissense, cuius decreto 20. Decemb. an. 1715. opus ipfum tantifper prohibitum, conflat. 1) Confpectum conciliorum Harduini vide, si placet, in Actis Eruditorum an. 1715. p. 377. et in altero Diario Lipsienti, cui titulus: Neuer Bücher-Saal, parte LI. pag. 143. et in Pfaffii Introduct. I. c. pag. 219. lq. Fabr.

Pp 3

[Plura

- s) Histoire des ouvrages des Savans a. 1690. Fevr. p. 279. Je ne connois point les auteurs de deux petits livres - ce sont là des bagatelles en comparaison d'un grand ouvrage que le P. Harduin va commencer: je veux dire de donner les Conciles en quarante Volumes. Il est savant et assez laborieux pour une pareille entreprise.
- t) Conf. Pfaffii Introduct. in historiam theologiae litterariam, part. III. p. 213. et de decreto fupremi senatus Paris. Paris. 1722. fol. (cum duplici titulo, altero gallico, altero latino,) eoque raro, quod mandato regis id scriptum proscriptum est et igni traditum, Io. Gs. Walchis bibl. theol. sel. III. p. 828. sq. qui laudat Crusii diss. epistolic. ad Wormium, Lips. 1728. 4. pag. 31. Huc etiam pertinet editio: Avis des Censeurs

nommés par la Cour du Parlament de Paris, sur l'Examen de la nouvelle Collection de Conciles, faite par les soins du P. Iean Hardouin, Iesuite; avec les Arrets du Parlement, qui autorisent le dit avis et l'Arret du Conseil, qui en a empeché la publication, Vtrecht, 1731. 4. V. bibliotheq. raisonnée, tom. II. p. 409. — Collectio autem Harduin. eft inscripta: Conciliorum collectio regia maxima, seu acta conciliorum et epistolae decretales, ac constitutiones summorum pontificum, graece et latine: ad Philippi Labbei et Gabriel. Cossartii labores, haud modica accessione facta, et emendationibus plurimis additis, praesertim ex codd. MSStis, cum nouis locupletissimis indicibus, studio Io. Harduini. Parif. e typographia regia. Conf. Baumgarten Nachricht. von einer Hallisch. Biblioth. tom. III. p. 258. fqq. Harl.

[Plura praestare studuerunt, et partim praestiterunt Coleti, et inprimis Mansi. Prioris opus inscriptum est:

Nicolai Coleti sacro-sansta concilia, ad regiam editionem, quae olim quarta parte prodiit auclior studio Phil. Labbei et Gabriel Cossartii; nunc vero integre, insertis Steph. Baluzii et Io. Harduini additamentis, plurimis praeterea vndecumque conquistitis monimentis notis insuper ac observatt. sirmiori fundamento conciliorum epochas praecipue sulcientibus, longe locupletior et emendatior exhibetur. Venetiis ab anno 1728-1733. XXIII. voll. sol. vna cum duobus adparatus voll. ibid. 1728. et 1733. fol. Multa tamen in illa collectione culparunt viri docti. cons. I. G. Walch. bibl. theol, sel. III. p. 829. sq. Posterioris opus est inscriptum:

Io. Dominici Mansi scorciliorum conciliorum et decretorum collectio noua; seu collectionis conciliorum, a Phil. Labbeo et Gabriele Cossartio primum vulgatae, dein emendatioris et amplioris opera Nic. Coleti Venetiis recusae, supplementum, in quo additamenta, variantes lectt. et emendatt. ad concilia Veneta Labbeana, noua itidem concilia ac decreta permulta exhibentur, Lucae tom. VI. 1748-1752. fol. Conf. acta erudit. 1750. pag. 241. Mansi tamen postea laborem iterum adgressus, nouam collectionem edidit, et multo plura quam Coletus praesitit, quamquam non omnium exspectationi respondit.

Sacrorum conciliorum nous et amplissima collectio, in qua praeter ea, quae Phil. Labbeus et Gabr. Cossartius et nouissime Nicol. Coleti in lucem edidere, ea omnia insuper in suis locis optime disposita exhibentur, quae Io. Dominicus Mans, archiepiscopus Lucensis. euulgauit. Editio nouissima ab eodem optime merito praesule, potissimum sauorem etiam atque opem praestante Em. cardinali Dominico Passioneo, Schae sedia apostolicae bibliothecario, aliisque item eruditiss. viris manus auxiliatrices ferentibus, curats, nouorum conciliorum nouorumque documentorum additionibus locupletata. Ad MS. codd. Vatican. Lucenses aliosque recensita et persecta. Accedunt etiam notae et dissertatt. quam plurimae, quae in ceteris editt. desiderantur. Tomus primus adparuit Florentiae 1759. ceteri sqq. annis, fol. Mansio a. 1769. mortuo, ex eius chartis relictis a tom. XV. continuatum est opus, et tomus XXXI. (qui finem actorum synod. Basileens. et Florent. nec multum vitra a. 1443. continet,) a. 1798. huc vique lucem adspexit Venet. in fol. Conf. ephem. litter. Gotting, 1760. p. 12. sqq. et Ernefti neue theolog. biblioth. tom. II. p. 483. sqq. Sed viri eruditi multa defiderant notantque, iudicantes, multa deesse concilia germanica, ex Schannato, Honthemio, Würdtweinio aliisque supplends, historicum criticum multa in contextu corrupto, corruptis lectionibus, interpolationibus etc. notanda deprehensurum esse; multa ex lingua, geographia, temporum conditione etc. esse emendanda aut illustranda; multa ad historiam et criticam conciliorum, praesertim a morte Mansi, esse conferenda; haud pauca esse leuis, neque correctores satis diligentes suisse in tollendis vitiis typographicis. — Christi. Guil. Franc. Walthius in: kritische Nachricht von den Quellen der Kirchenhistorie, Lips. 1770. 8. p. 235. sq. quamquam censet, Mansi collectionem esse huc vsque optimam, et teliquis, praesertim Harduin. in qua acta variorum conciliorum mutilata neque integra reddan-

Digitized by Google

tur, esse valde praeserendam, tamen multa in illa carpit desideratque; 1) multa in ea esse superflua, praecipue notitias de singulis conciliis misere historicas, ex Binio receptas, et ab hoc plerumque ex Baronio exferiptas, esse plane delendas, aut cum narrationibus solidius scriptis commutandas; interdum quidem ex Sirmondo ac Pagio meliora fuisse adiecta, sed vbi illi nihil dedissent, ibi nullas additas esse emendationes, quaedam bis terue esse recusa: 2) ratione artis criticae nullam esse conformitatem, quae de conciliis ex Sirmondi conciliis gallicis, ex Baluzio sumta sint, ea esse praeclara, et Leonis epp. secundum Quesnelli et Ballerinor. editiones, egregie repetitas; sed in reliquis deesse artem criticam: 3) illustrationes esse valde dissimiles; si alii VV. DD. Aubespin. Sirmond. Labbeus et alii religuerint, eas esse repetitas; contra difficillimos canones, ab aliis non aeque illustratos, carere saepius explicatione; interdum integras recentiorum VV. DD. Marcae, Petauii etc. commentationes in quasdam res, ad historiam conciliorum pertinentes, esse insertas, quum tamen multo plures, maiore iure locum quoque habere debuissent. Sed viris eruditis relinquam iudicium, arbitrans, plenam omnibusque numeris absolutam collectionem vnius hominis vires superare: doleo autem, mihi caras Coleti Mansique collectiones ad manus non esse. At spem habeo, fore vt ab aliis mihi amicis, qui illa opera consulere possunt, in comparatione conciliorum Fabriciana, ex Coleti Mansique collectione, ea, quae desunt, suo tempore suppeditentur. Harl.]

De conciliis") in Gallia habitis.

Petri Frizon Gallia purpurata siue de rebus gestis pontificum et cardinalium, atque epitome conciliorum Galliae, Paris. 1638. fol.

Conciliorum fynodorumque Galliae breuis et accurata historia, auctore Philippo Labbe S. I. Paris. 1646. fol.

Concilia antiqua Galliae, a Constantini temporibus ad finem decimi saeculi, tres in tomos ordine digesta, cum epistolis pontificum, principum constitutionibus et aliis Gallicanae rei ecclesiasticae monumentis, opera Iat. Sirmondi S. I. cuius notae ad calcem cuiusque voluminis subiiciuntur. Paris. 1629. fol. III. voll. Vide tom. 4. opp. Sirmondi p. 626. [Paris. 1696. fol. et Venet. 1718. F.] Eadem concilia cum Sirmondi notis repetita postes

s) Collectiones conciliorum specialium et particularium VV. DD. post Fabricium indicarunt quoque earumque numerum partim auxerunt; ex. gr. so. Ge. Walch in bibl. theolog. selecta, tom. III. p. 831. eins silius, theologus Gottingensis, in; Entwurf einer vollständ. Historie der Kirchenversamml. p. 34. sq. 43. sq. et in Grundsätzen der zur Kirchenhist. des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren etc. p. 194. sqq. Noesselt in: Anweisung etc. p. 560. sqq. Ge. Sigism. Lakics in Praecogni-

tis iur, eccl. vniuersi p. 409, sq. cel. Glück in Praecognitis etc. p. 444. sq. D. Planck in: Einleitung in die theolog. Wissenschaften, tom. II. p. 272. sqq. Franck in cat. biblioth. Bünau. tomi III. vol. I. capp. IV. V. praecipue cap. VI. vbi plucium librorum notitia reperiri poterit; et cons. Spittler Geschichte des kanon. Rechts etc. period. I. ac II. atque Fuchs in prolegg. ad I. part. Biblioth. der Kirchenversammlungen. Harl. etiam Flugge Einl. in das Stud. d. Kgsch. p. 297. sq.

postea su magnis collectionibus, Regia, Labbei ") et Harduini, Petrus Aurelius ") olim promisit, se plures collectionis illius Sirmondianae errores ostensurum. Non tamen illud praestitit. Edita etiam nonnulla conciliorum decreta ab eodem Sirmondo cum adpendice codicis Theodossani etc. [conf. Baumgarten Nachrichten von einer Hallisch. Biblioth. tom. III. p. 429. sqq. Harl.]

- [P] Conciliorum antiquorum Galliae a Sirmondo, (magno auctoris auunculo,) editorum fupplementa, opera Petri de la Lande, Ricomagensis, Thesaurarii ecclesiae Regalia S. Frambaldi Siluanectensis, Paris. 1660. fol. Audaciam huius Lalandei perstringit Baluzius notis ad spistolam CXXX. Lupi Ferrariensis.
- Concilia XV. Galliae Narbonensis, cum statutis Guidonis Fulcodii, archiepisc. Narbonensis, collecta et notis illustrata a Stephano Baluzio, Tutelensi. Paris. 1668. 8. [in Steph. Baluz. Miscell. tom. VII. Paris. 1718. 8. sunt quaedam concilia.] Idem Baluzius quaedam conciliorum decreta vulgauit cum Petri de Marca opere de Concordia Sacerdotii et Imperis. [De Marca opus prodiit etiam Francos. 1708. fol.]
- Synodicon ecclesiae Parisiensis ab a. 1196. Paris. 1674. 8. Journal des Sav. 1675. p. 9.
- Concilia ecclesiae Rothomagensis, edita studio Francisci Pommeraye, Benedictini e Congregatione S. Mauri, cum notis Antonii Godini, Rothomagi 1677. 4. et cum auctario Guil. Bessini ex eiusdem S. Mauri congregatione, officialis Fiscanensis, Rothomagi 1717. fol. Europe Savante 1718. Martio p. 83.
- Aquitanica quaedam concilia etiam edidit *Philippus Labbeus* tomo posterione bibliothecae nouze MSS. Paris. 2657. fol. p. 764. sqq.
- Nonnulla itidem Galliae concilia in lucem producta ab Edmundo Martene in noua collectione veterum monumentorum, Rothom. 1700 4. tom. IV. et in thesauro nouo aneedotorum, Paris. 1717. fol. [et tom. VII. in Edm. Martene et Vrs. Durandi collect. ampliss. vett. scriptor. et monumentor. Paris. 1733. fol. singula, vbi reperiantur, memórantur
- v) Labbeus etiam postumas Sirmondi notas primus addidit.
- w) Petrus Aurelius responsione ad Sirmondum de canone Arausicano p. 306. Vt magis intelligi possit, quam immerito tantulam animaduersionem tomis illis iniquam dixeris, et meum in te pudorem sis aspernatus; profiteri non verebor, non tres literulas, sed res graussimas; non in una voce, sed permultis locis, ita in tomis tuis detortas, et sine caussa vila deformatas esse ut sine rublica expurgatione praeteriri nullo modo possint. Quem laborem, nisi quis alius

suscipiat, ego ecclesiae Gallicanae catholicaeque vniuersae bono deberi non patiar diutius, et quae prima mihi vacui temporis sacultas a sodalibus tuis ecclesiae populatoribus continget, eam huic muneri consecrabo, quo planius siat, te frustra ad curandum canonis unius reduuiam exarsisse, quum de tuendo tomorum tuorum ipso capite laborare debueris; et perperam laureolam in hoc mustaceo quaesisse, quam in illa tomorum mole aegre reperies: et me, qui talia obiicere potuerim, moderatione aliqua, non mala mente, de trium litterarum una vocula commonisse te magis, quam reprehendisse.

- rantur in cat. bibl. Bûmu. l. c. p. 270. sqq. vbi nubes aliorum Galliae conciliorum et scriptorum ad ea pertinentium excitatur. Harl.]
- Concilia prouinciae Turonensis studio Ioannis Maan, ad calcem historiae ecclesiasticae Turonensis ab eodem vulgatae, Augustae Turonum 1667. fol.
- Constitutiones synodales Caturcenses, editae et renouatae per Antonium [P] de Lusetgio, episcopum Caturcensem an. 1502. Petracorae 1503. fol.
- Concilia nouissima Galliae a tempore concilii Tridentini celebrata, in editionibus regia Paris. et Coloniensibus omissa, editore Ludouico Odespun de la Meschinieres, presbytero Turonensi. Paris. 1646: fol. Eadem postea dedere Labbeus et Harduinus. Singula autem Galliae concilia, quando habita et vbi in tomis conciliorum vel in aliis collectionibus reperiantur, ordine alphabetico exponit Iacobus le Long in bibliotheca historica Galliae p. 89-113.
- Canones ecclesiastici ad ecclesiae Gallicanae vsum collecti ab Adriano Behotio, magno archidiacono Rothomagensi. Paris. 1605. 8.
 - 1532. Acta conuentus Schweinfurtensis apud Goldastum, Seckendorsium, in der Strasburgischen Kirchen-Ordnung, Magirum, etc. aliosque apud Loescherum.
 - 1532. Prima pacificatio religiosa Norimbergensis apud Goldassum, Hortlederum et Lunigium, in corpore recessuum imperii et in Recueil des traités des paix.
 - 1532. Indultus primariarum precum per Clementem VII. datus, apud Lunigium.
 - 1532. Caroli V. edictum ad ordines imperii de tollendo dissidio religionis et concilio conuocando, apud Lunigium.
 - 1534. Tractatus Cadanensis apud Goldassum et Hortlederum.
 - \$ § 34. Clementis VII. Constitutio contra episcopos, concordatis nationis Germanicas contrauenientes, apud Lunigium.
 - 1535. Recessus imperii Wormatiensis contra Anabaptistas Westphalos, in Corpore Recessus.
 - 1536. Concilium Coloniense apud Hardusum, idem et separatim cusum Colon. 1538.
 fol. Addi possemt, si rerum id pateretur moles, reformatio Hermanni archiepiscopi Coloniense, cum Coloniensium antididagmate, Bucerique hanc in rem
 scriptis, actisque issis Coloniensibus omnibus et separatim cusis et apud Lunigium
 aliosque inueniendis. Sed eo excurrere vix nobis licebit.
- [7] 1536. Pauli III. Bulla in Coena Domini, quam sub sequentibus pontificibus, nescio cur, ad nauseam vsque repetierit sacetus homo, Laërtius Cherubinus.
 - 1536. Confirmatio foederis Smalcaldici apud Hortlederum, Lunigium, et in Recueil des traités des paix.
 - 1536. Acta collegii Beuergenfis, ex archiuis Cassellanis petenda, hactenus spud Wiegandum.
 - 1536. Formula Concordiae Wittebergensis, data a Luthero, Bucero, Melanchthone, Myconio, Goldasto, Ostandro, Hospiniano, Magiro, multisque allis passim, Wigando, Hospiniano, Seckendorsio, Chytraeo, Garthio, Luthero ipso, quos omnes fere Loescherus hic in partes vocat.

A. 1537.



- A. 1537. Ferdinandi I. literae ad Lutherum apud Goldastum et Lunigium supposititiae esse videntur.
 - 1537. Acta conuentus Smalcaldici, vbi et articuli Smalcaldici fuerunt producti, et contra Schwenckfeldium actum, separatim cusa. Exstant et apud Hortlederum, et, qui vtramque heic semper paginam facit, Seckendorsium.
 - 1538. Foedus Romano Catholicorum Smalcaldico oppositum, der Catholische Gegen-Bund, apud Hortlederum, Lunigium et in Recueil des traités des paix.
 - 1539. Acta Comitiorum Francofurtensium apud Goldastum et Hortlederum.
 - 1539. Concilium Hildesheimense apud Lunigium.
 - 1540. Acta conventus Hagenoënsis apud Melanchthonem et Hortlederum.
 - 1540. Acta conuentus Wormatiensis, apud eosdem.
 - 1541. Acta Colloquii Ratisbonensis apud auctores a Schmidio citatos, Goldastum etism, qui et edictum Caroli V. Spirense 1541. habet, Hortlederum, Bucerum, qui acta amplissima edidit, Lunigium. Adde recessum Ratisbonensem hoc anno factum; in corpore recessum exstantem. Interim Ratisbonense apud Io. Erdmannum Bieckium,
 - 1542. Ferdinandi I. declaratio, sociis Augustanae Confessionis facta, apud Eunigium.
 - 1544. Recessus Spirensis in Corpore Recessuum.
- [P] 1545. Concilium Tridentinum separatim toties cusum et apud Hardninum quoque exhibitum, cuius historia repetenda ex Sarpio, Card. Pallauicino, collectione epistolarum et observationum Vassoriana aliisque infinitis sere monumentis, quae luculenta prosecto recenset celeberr. Schmidius. Solum addimus Lunigium, qui acta quaedam concilii Tridentini quoque exhibuit.
 - 1545. Caroli V. approbatio articulorum Louaniensium apud Goldastum et Lunigium.
 - 1545. Acta Colloquii Ratisbonensis, haurienda e fontibus a Schmidio adductis.
 - 1546. Vnio Caroli V, et pontificis romani apud Goldassum et Hortlederum,
 - 1546. Pauli III. indulgentiae ad exstirpandam haeresin Lutheranam, apud Hortlederum et Lunigium.
 - 1548. Concilium Moguntinum separatim cusum.
 - 1548. Synodus Augustana apud Harduinum.
 - 1548. Synodus Treuirensis spud eumdem, Masenium et Lunigium.
 - 1548. Interim Augustanum, apud Goldastum, Osiandrum, in corpore recessium, Lunigium et alibi passim, separatim saepius cusum.
 - 1548. Interim Lipfiense apud Ioh. Erdmannum Bieckium.
 - 1548. Recessus Augustanus in corpore recessuum.

Λ. 1549.



- A. 1549. Concilium Coloniense apud Harduinum et separatim cusum.
 - Natalem Alex. Harduinum, Lunigium, idemque separatim editum Mogunt. 1549. fol.
 - 1549. Treuirense, sub Ioanne archiepiscopo, apud Cabassutium, Natalem Alex. Harduinum et Lunigium, et separatim cusum Colon. 1549. 4. adiunctis aliis archiepiscoporum statutis provincialibus.
 - 1549. Argentoratense sub Erasmo episcopo celebratum, cuius statuta et decreta prodierunt Moguntiae 1566. fol.
 - 1549. Caroli V. constitutio de observat. canonum, apud Lunigium.
 - 1550. Synodus Cameracensis separatim impressa.
 - 1552. Transactio Passauiensis, cum adpendice et separatim edita, et apud Goldassum, Londorpium, Meierum, in corpore recessuum, apud Hortlederum, Cortreium, Lunigium, in Recuest des traités des paix et alibi passim.
- [7] 1554. Ferdinandi I. edictum de Catechismis, aliaque apud Goldastum et Lunigium.
 - 1555. Pax Augustana religiosa apud Goldastum, Schilterum, Londorpium, Cortreium, Lunigium etc. qui et acta huc pertinentia habent.
 - 1556. Synodus Barthensis separatim edita.
 - 1556. Colloquium Isenacense a Flacio, Paullinio aliisque datum.
 - 1557. Wormatiense separatim cusum atque etiam apud Melanchthonem, Goldassum, Freherum, Osiandrum, Fornerum, Altingium, Lunigium. Acta eius MSS. a Ioach. Camerario scripta exstant in bibliotheca Vniuersitatis Tubingensis.
 - 1558. Conuentus Francosurtanus apud Goldassum, Hospinianum, Bossuetum, alios. Acta eiusdem plenissima manuscripta habentur in tabulario illustris consistorii Stutgardiani.
 - 1559. Protestatio statuum euangelicorum contra reservatum ecclesiasticum, apud Lunigium.
 - 1560: Colloquii Vinariensis acta, a Simone Musaco et Marquardo Frehero edita.
 - 1560. Colloquii Heidelbergensis acta, abiAltingio aliisque data.
 - 1561. Conuentus Naumburgensis, a D. Hönnio celeberrimoque viro Valentino Ernesto Loeschero descriptus. Compositum in eodem scriptum suit, quo enarratae suere rationes, quae Protestantes adegerint, quo minus concilio Tridentino praesentes se stierint. Eiusmodi scripta publica tria danda sunt, vinum de a. 1537. alterum de a. 1546. tertium de a. 1564. apud Goldassum, Hortlederum, Lunigium inuenienda. Vide, si placet, librum commentarium, quem de actis scriptisque publicis ecclessae Wirtembergicae scripsimus, p. 37. 38. Caeterum amplissima acta

Vol. XII. Con-

Digitized by Google

- conuentus Naumburgensis, sed manuscripta, asseruantur in tabulario illustris consistorii Stutgardiani.
- A. 1564. Colloquium Maulbronnense, cuius fontes in libro citato pag. 76. sq. satis indicavimus.
 - 1564. Ferdinandi I. literae ad pontificem de danda laicis communione sub vtraque, cum breui concessorio Pii IV. apud Goldastum, Pelissonium, Lunigium.
- [P] 1564. Ferdinandi I. literae ad Georgium Wicelium, apud Orthuinum Gratium. Caffandri Consultatio et Wicelii via regia.
 - 1564. Pii IV. indultus primariarum precum apud Lunigium.
 - 1564. Maximiliani II. epistola ad Pium IV. de coniugio clericis non prohibendo, apud eumdem et Goldastum.
 - 1565. Concilium Cameracense spud Harduinum.
 - 1566. Synodus Dioecelana Argentoratensis separatim cula.
 - 1566. Pii V. Bulla apud Lunigium.
 - 1567. Synodus Augustana apud Lunigium.
 - 1567. Constitutiones et decreta synodalia ciuitatis et dioecesis Constantiensis, a Marco Sitico cardinali, episcopo Constantiensi, prodierunt separatim Constantiae 1568. 4.
 - 1563. Pii V. constitutio de resign. bonorum eccles. apud Lunigium.
 - 1568. Colloquium Altenburgense separatim cusum.
 - 1569. Constitutiones et decreta in synodo Salisburgensi, edita sub D. Ioanne Iacobo archiepiscopo. Dilingae 1574. 4.
 - 1570. Concilium Mechliniense separatim cusum, itemque apud Cabassitium, Natalem Alex, et Harduinum.
 - 2570. Synodus Guelpherbytans, vbi formula concordiae inter Saxonicas Sueuicasque ecclesias condita suit. Acta separatim prodiere. Vide dissert, de actis scriptisque publicis ecclesiae Wirtemberg. p. 41.
 - 1571. Conuentus Dreadensis Grypto-Calvinianorum, quos vocant, acta separatim cula.
 - 1571. Colloquium Franckenthalense cum Anabeptistis, separatim cusum.
 - 1574. Torgauiense apud Osiandrum et Hutterum.
 - 1576. Acta conuentus Lichtenbergensis apud Hutterum.
 - 1576. Declaratio concordatorum nationis Germanicae per Gregorium XIII. apud Cherubinum, Lunigium etc.
 - 1576. Varia acla Maximiliani II. apud Lunigium.

A. 1576.



- A. 1576. Acta conuentus Mauibronnensis apud Hutterum et Ossandrum. Vide libellum de actis seriptisque publ. eocl. Wirtemb. p. 41.
 - 1576. Acta conventus Torgensis apud Hutterum.
 - 1576. Acta conventus Riddagshulani apud eumdem.
- [P] 1576. Synodus Antwerpiensis, separatim cusa.
 - 1576. Coltoquium Ienerense, a Selneccero, Wigando et Feustkingio datum,
 - 1577. Acta conuentus Bergensis apud Hutterum.
 - 1577. Acta conuentus Sangerhufani apud eumdem.
 - 1578. Acta conventus Tangermundensis apud eumdem.
 - 1578. Acla conventus Langensaltzensis apud eumdem.
 - 1578. Colloquium Herzbergense ex editione Olearii, non Seruestana, et Huttero.
 - 1579. Conuentus Interbocensis apud Hutterum.
 - 1579. Connentus Torgensis apud Hutterum slibique. Ceterum acta ad formulam concordiae spectantia plurima prodiere, quae recensere nunc non vacat. Habet et einsmodi quaedam Goldassus. Dabimus hie et plura avéndora.
 - 1580. Vratislauiensis synodus separatim cusa, Vratislauiae 1585. 4. cum Vratislauiensis ecclesiae statutis synodalibus antiquis.
 - 1581. Gregorii XIII. Constitutio de emendatione Calendarii apud Goldastum et Lunigium.
 - 1582. Conuentus Erfurtensis, vbi apologia formulae concordiae fuit confecta.
 - 1583. Acta conuentus Quedlinburgensis apud Hutterum aliosque, quos longo agmine Schmidius recenset. Habentur eadem amplissima, sed manuscripta, in tabulario illustris consistorii Stutgardiani, vt taceam Lunigium, qui Recessum Quedlinb. exhibet.
 - 1586. Concilium Cameracense apud Harduinum.
 - 1586. Colloquium Mompelgardense, cuius fontes nuper ") indicanimus.
 - 1589. Badense, de quo itidem nouissime 44) egimus.
 - 1590. Emmendingense a Fechtio datum.
 - 1593. Neuburgense siue Bipontinum apud Hutterum.
 - 1601. Ratisbonense apud Thuanum, Ludolphum, Hunnium, Cramerum, Tannerum aliosque, quos nuper citauimus, ") et quos in partes celeberrimus Schmidius vocat. Cum post-colloquio.

Tt s

A. 1606.

cc) De actis scriptisque publicis eccles. Wirtemberg. p. 79. seq.

dd) ib. p. 80.

- A. 1606. Acta Donawerdensia apud Londorpium et Meierum.
- [P] 1606. Pacificatio Viennensis cum Hungaris apud Meierum et in Hist. diplomatica eccl.
 Hung.
 - 1607. Concilium Mechliniense separatim cusum, itemque apud Cabassutium, Natalem Alex. et Harduinum.
 - 1609. Synodus Constantiensis sub Iacobo episcopo Constantiensi. Prodiit Constanties 1609. 4.
 - 1609. Literae Maiestatis Rudolphi II. apud Goldastum, Meierum et Lunigium.
 - 1610. Vnio Halensis siue Heilbrunnensis, cum actis reliquis apud Londorpium, Lunigiumque, et in Recueil des traités des paix.
 - 1610. Liga Catholico Romanorum imperii statuum Herbipolensis apud Londorpium, Meierum, Lunigium.
 - 1610. Synodus Antwerpiensis et Argentoratensis, omnes separatim cusae.
 - 1610. Decreta synodalia dioecesis Augustanae, sub D. Henrico, episcopo, promulgata editaque Dilingae 1611. 4.
 - 1611. Acta Aquisgranensia apud Meierum.
 - 1612. Indultus primariarum precum Pauli V. apud Lunigium.
 - 1613. Grauamina Statuum Romano Catholicorum et Protestantium apud Londorpium,
 Meierum et Lunigium.
 - 1613. Colloquium Durlacense separatim aliquoties cusum.
 - 1615. Colloquium Neuburgense, de quo nuper egimus.
 - 1618. Acta Pragensia, Bohemica, Silesiaca, Austriaca, apud Londorpium et in Recueil des traités des paix.
 - 1620. Assecuratio Romano-Catholicorum apud Lunigium.
 - 1620. Pauli V. indultus primariarum precum apud eumdem Lunigium.
 - 1620. Transactio Vimensis inter Ligislas et Vnitos apud Londorpium et Lunigium, itemque in Recueil des traités des paix.
 - 1625. sqq. Osnabrugenses variae synodi apud Lunigium.
 - 1625. Conventus circuli Saxon, inferioris acta habent Londorpius et Adlzreiterus.
 - 1627. Synodus Coloniensis, et
 - 1628. Osnabrugensis separatim cusae.
 - 1629. Pacificatio Lubecensis apud Londorpium, et in Recueil des traités des paix.
 - 1629. Edictum Restitutorium apud Londorpium, Meierum, Lunigium et in Recueil des traités des paix.

A. 1629.



- [P] A. 1629. Compositio pacis Dillingensis.
 - 1629. Pupilla Augustanae confessionis cum defensione contra compositionem Dillingensem.
 - 1630. Replica circuli Sueuici ad imperatoris edictum restitutorium per ICtos Tubingenses separatim cusa.
 - 1631. Acta conuentus colloquiique Lipsiensis apud Londorpium, Meierum, Vogelium, Kromayerum, Calixtum, Lunigium, alios.
 - 1635. Pacificatio Pragensis apud Londorpium, Meierum, Vogelium, Lunigium, inque Corpore Recessum etc.
 - 1638. Indultus primariarum precum per Vrbanum VIII. apud Lunigium.
 - 1645. Colloquium Thoruniense apud Calixtum, Hülsemannum, Prawdekium, a S. Hyacintho, Hartknochium, Calouium, Hoornbekium, Andreae, *Iaegerum* no-stratem.
 - 1645. Pacificatio Lintzensis cum Hungaris, in histor. diplomatica eccles. Hungar.
 - 1646. Recessus Monasteriensis Ferdinandi III. apud Lunigium.
 - 1648. Instrumentum pacis Westphalicae, cum Innocentii X. bulla et protestatione nuncii pontificii, in corpore recessium et apud L'ondorpium, Pufendorsium, Happelium, Cortreium, Lunigium, etc. itemque in Recueil des traités des paix.
 - 1651. Recessus Norimbergensis, quo pacificatio Westphalica executioni data suit, apud Londorpium et Lunigium.
 - 1651. Colloquium Rheinfeldense apud Valerianum Magnum et Haberkornium aliosque, quos resert Schmidius.
 - 1661. Cassellense, separatim cusum, quod plurimis scriptis polemicis, quae Schmidius citat, occasionem dedit.
 - 1662. Decreta et statuta dioecesanse synodi Coloniensis, sub D. Maximiliano Henrico archiepiscopo celebratae, edita separatim Colon. 1666. fol.
 - 1665. Decreta et constitutiones synodales ecclesiae et episcopatus Lausannensis per I. B. de Strambino episcopum confirmatae. Friburgi 1666. 4.
 - 1695. Leopoldi et Innocentii XII. Constitutiones abusum electionum facrarum concernentes apud Lunigium.
 - Articulus IV. Pacis Rysuicensis Grauaminaque statuum imperii [1] protestantium hine enata, quae in Antonii Fabri Staats-Cantzley et in electis iuris publici recensentur.
 - Acta Silesiaca de a. 1706, seqq. apud eosdem exstantia itemque separatim cusa.
 - 1715. Caroli VI. edictum contra iniurias, queis diuersae fidei socii inconsulte se inuicem lacerant, apud Fabrum et Lunigium.

Digitized by Google

Et haec quidem sunt Asia illa, quae in vnum compingere, si hoc quidem viris doctis, si et bibliopolis, qui fumtus rebus dare velint, arrideat institutum, si et, quod primum praecipuumque est, vires valetudinemque largiatur nobis diuina bonitas, fert animus. Accedimus autem ad rem praeparati atque haud paruo ad hoc opus exornandum fludio collato, qui non folum scriptores rerum Germanicarum omnes a Schardio, Pistorio, Reubero, Frehero, Goldasto, Canilio, Lindenbrogio, Vrstissio, Schiltero, Meibomio, Paullinio, Leibnitio, Ludewigio aliisque editos peruolauimus, sed et rerum ecclesiasticarum collectiones a Goldasto et Lunigio, maxime vero conciliorum collectoribus factas cum cura inspeximus atque euoluimus, etsi et in Goldasto siue sidem siue curan, in Lunigio id maxime, quod, unde sua habeat, qui tamen, quae in prima parte Spicilegii ecclesiastici dedit, ex libris impressis mutuatus est, nullibi adscripsit, desideremus. Hinc, quae e Goldasto, quae indem e Baronio, quae et e Lunigio, qui data a prioribus documenta monumentaque in scenam foecundior ipse reduxit, dabimus, ad artis criticae diplomaticaeque trutinam reuocabimus, atque fontes, e quibus viri isti biberunt, sollicite, vbi id quidem nobis cognitum erit, indicabimus. Contulimus et, quae ex Londorpii, Meieri et Mülleri, Fabrique itideni aliorumque amplissimis compilationibus ad rem totius ecclesiae Germanicae, (particularium enim ecclesiarum Germanicarum acta publica heic enarrare nobiscum prorsus haud constituimus.) spectant. Nec tamen cogitare velimus quenquam, infinitorum fere voluminum hanc nostram collectionem fore, maxime, si acta ista colloquiorum et conuentuum, et Constantiensis Basileensisque conciliorum acta omnia hactenus edita, vt cetera iam taceamus, praelo dare aucamus. Dabimus enim saltem necessaria, dabimus certa, dabimus selecta. Colloquiorum et conuentuum acta, vbi prolixiora sunt, vbi et a litigantium vtraque parte data, coarctabimus, quantum res sinit, et breuiabimus, ita tamen, yt rebus nihil decedere videatur, totumque opus paucis in forma maiore voluminibus constet. Germanica ob barbaros, qui [P] nostra non norunt, (ob hos enim vel maxime hunc laborem nostrum insumimus,) Latina ea fide, ad quam interpres assurgere potest, faciemus. Vbique vero ab omni partium sectaeue studio, (quod prosecto cane peius et angue nobis est, odio plus quam Vatiniano, quamdiu spiritus hos nostros artus reget, a nobis prosequendum,) nobis cauebimus, dexteritatisque nostrae et fidei, addimus et industriae curaeque nullo rerum fastidio nauseaue aut longioris operis mora minuendae, cumulata, speramus, specimina exhibebimus, atque etiam subinde, quae hucusque lucem non conspexere, acta vel a viris doctis nobiscum communicata, vel e tabulariis publicis petita immiscebimus. Dissertationem praeliminarem' primas facere paginas actaque ipla praecurrere iubebimus, vbi de horum au Sevria iuxta rerum temporumque ordinem atque de singulorum eorundem necessitate et vsu luculentius dissere-Totum vero opus notis nostris, breuioribus licet, quae acta, vbi id quidem opus videbitur, illustrent explicentque, distinguemus, variaque et iuris subinde publici et iurisprudentiae ecclesiasticae capita, vbi fatemur, nos aliquando a viris doctissimis, (nondum enim sub incudem omnia heic satis reuocata sunt,) dissentire, maxime quod ius sacrorum inuestiturasque ecclesiasticas concernit, curate enucleabinus. Nec tamen, quae in conspectu hoc nostro notamus, singula exhibebimus, nisi ita viri eruditissimi, quorum consiliis assurgemus, existimauerint. Scripsimus enim saltem hic omnia, ne quis clamitet, haec vel illa omissa et neglecta a nobis esse. Enimuero sunt multa concilia Germanica et acta vetera

parui admodum imo nullius momenti, quibus profecto cherta faltem maculatur, occilusque et studium lectoris fallitur. Dantur et talia couentuum colloquiorumque acta, quae impune negligi possunt, in quibus tamen oranibus vel dandis vel omittendis prudentiorum atque etism Bibliopolarum rationes spectabimus. Addicimus et quaedam concilia haud Germanica, maxime Romana, vbi ad res ecclefiae Germanicae momentum quoddam conferunt. Colloquia ") plurima consentusque priustos plane tacuimus atque pede ficco practerimus, queis ea faltem, quibus publica conflat [P] auctoritas, acta dare conflitutum est. De necessitate atque villitate instituti nostri multa disserere cum iniuria lectorum nostrorum, prudentiorum faltem, coniunctum videri posset, cum norint omnes, nullam historiam adcuratam folidamque dari polle, nifi quae ex alfis publicis extrahatur. Sunt, qui hac ratione historiam Germanicam politicam post alios cosque stidem doctissimos viros nuper exposuere, (iam enim inde ab aliquo tempore magna lux studio huic, plaudentibus omnibus, qui literas amant, adfunditur,) viri plane eximii, Burcardus Gotthelf Struve et Iatobus Carolus Spener, hic olim, cum ante decem annos Mulas Oxonienses ambo magno studio frequentaremus, focius noster longe suavissimus desideratissimusque, qui ex astis publicis sua ambo depromsere, adéoque pragmaticam rerum notitism dedere, quae genuinum historisrum vium simul Scilicet ita viam nobis parare animus est ad historiam ecclesiae Germanicae vniuerfalem conficiendam, quam, si ita rerum nostrarum rationes siuerint, seposito partium studio fuamque in rem abire inflis sectae praejudiciis, exarare olim forsan nobis continget. Atta vero *publica* ecclesiae Germanicae nunc daturi rogamus viros doctos, quibus harum rerum studium familiare est, et qui in publicum egregiam notitiae, qua fulgent, supellectilem conferre amant, vt, si videant, vel quaedam a nobis omissa esse, qualia vel maxime in pontisicum romanorum actis, epistolis decretalibus bullisque, quarum collectiones omnes nondum possidemus, vel imperatorum romanorum constitutionibus, edictis rescriptisue, qui diligentiam rebus hic afferre volunt librorumque adfluxu gaudent, reperire poterunt, ea per literas nobiscum beneuole communicent, vt porro, quae supervacanea atque nullius momenti viusque videbuntur adeoque in hac collectione omittenda, atro lapillo notent, vt denique, si qua habeant inedita conciliorum, conuentuum vel colloquiorum acta, diplomata vel epiflolss, ad ornandum hoc opus nostrum publicamque rem augendam vsibus nostris ea consecrent, denique vero de ordine rerum totiusque collectionis methodo ineunda placita sua nobiscum conferant. Quod restat, si hoc institutum adplausu eruditorum haud careat, novam addere collectionem, quae alterius appendix videri possit, poterimus, sua vtilitate et elegantia haudquaquam priori cessuram, vhi ecclesiae Germanicae veteria libros ecclesiasticos, missalia vetera, symbola, litanias antiquissimas et progressu temporum subinde variatas interpolatasque, codicemque canonum aliumque canticorum veterum ecclesiae Germanicae [17] et statuta eiusdem synodalia, Moguntina, Treuirensia, Coloniensia, Salisburgensia, Argen-

f) Colloquiorum religioforum publice et privatim intra bina proxima faecula habitorum historiam et acta dare nouissime promisit vir celeberrimus D. lo. Michael Heineccius in schediasmate hac de re edito Halae Magdeburgicae

1719. 4. Breuiorem eorum historiam singulari concinnatum studio debemus Reu. D. Io. Andreas Schmidio in tomo II. introductionis Casp. Sagittarii ad historiam ecglesiasticam p. 1495-1608.

Argentoratenfia aliaque dabimus, adiectis quoque iis auctoribus Germanis antiquioribus, quì de divinis ecclesiae officiis ac ministeriis cultusque publici, prout olini is obtinuit, ratione scripsere, inter quos maxime Rabanus Moguntinus, Amalarius Treuirensis, Walasridus Strabo, Berno Augiensis, Rupertus Tuitiensis, Radulphus de Vico et Hugo de S. Victore, (Micrologum enim Gallum fuisse recte existimanit Mabillonius,) eminent, adiectis et porro confessionibus praecipuis recentioribus protestantium, tum qui Augustanam profitentur confessionem atque maximam partem sua sibì habent doctrinae christianae corpora, commune illud primum, postea Philippicum, Pomeranicum, Prutenicum, Thuringicum, Iulium, Wirtembergicum, vt alias confessiones particulares taceamus: tum qui Reformatorum titulo gaudent, tum etiam Anabaptislarum, additis quoque ordinationibus praecipuis ecclesiasticis, inter quas formula Missae Wittebergensis, a Martino Luthero confecta, et resormatio Hermanni Coloniensis primas tenent: additis denique actis controuersiarum particularium et litium theologicarum praecipuis, maxime vero iis, quae Adiaphoristica, Interimistica, Antinomistica, Maioristica, Synergistica, Osiandrina, Flaciana, etc. quae et Crypto-Caluiniano faceto nomine, quae Irenica, quae Tubingensia, quae Calixtina, quae Terministica, quae denique Piețifica ab infausta illa ineptaque Piețismi, quem adpellant, secta adpellaueris. Sed ab his quidem latius nunc enarrandis calamum facile abstinemus, idque vnicum monemus, iis typis, si quidem adsint, qui sumtibus hand parcant, bibliopolae, omnia exseriptum iri, quae elegantiam et nitorem Belgicorum, Anglicorum vel Gallicorum haud infeliciter imitentur, cum exterorum magis quam ciuium nostrorum gratia hoc, quicquid est operis, suscipiamus, Iam vero e vestibulo rerum et propylaco vel tandem egredimur, qui aedificii amplissimi vastissimique molem e longinquo saltem spectandam dedimus, et osia heic claudimus, teque, lector beneuole, vt conatibus hisce nostris faueas, rogamus.

[Subiungere placet concilia, in aliis terris habita. De conciliis et synodis, in Belgio habitis, praecipue de synodo Dordracena plura variorum exstant scripta, quorum inscriptiones reperies in cat. bibl. Bünau. l. c. p. 290. sq. vbi etiam scripta nonnulla, quae in vtramque partem disputata continent, adducuntur. Hoc autem loco tantum modo memorari possunt:

Acta et scripta synodalia Dordracena ministrorum Remonstrantium in foederato Belgio. Harderuici sine anni nota, 4.

Acta synodi nationalis *Dordrechti* habitae a. 1618. et 1619. Accedunt plenissima, de quinque articulis, tam exterorum, quam provincialium theologorum indicia. Hanou. 1620. 4.

De conciliis, synodis et colloquiis in Heluetia habitis.

Ex multis, in cat. bibl. Bunau. l. c. p. 291. sqq. memoratis scriptis, h. l. indicare sufficiat:

Concilii Lausannensis, a. 1448. habiti primum decretum, in Edm. Martene, et Vrs. Durandi collect. ampliss. vett. scriptorr. tom. VIII. col. 995. sqq. Paris. 1733. sol.

Io.



Io. Salats, Gericht-Schreibers zu Lucern, historische Nachricht von dem den 29. Ienner a. 1523. zu Zürich gehaltenen Religions-Gespräche: in Io. Conr. Fueslins Beyträgen zur Erlauterung der Kirchen-Resormations Geschichte des Schweitzerlandes, part. II. p. 80-sqq. Tiguri, 1742. 8.

In Hungaria:

Cdroli Peterfey sacra concilia ecclesiae romano-catholicae in regno Hungariae celebrata ab a. 1016. vsque ad a. 1715. acced. regum Hungariae et Legatorum sedis apostolicae constitutiones eccles. tom. I. ab a. 1016-1544. Viennae 1742. fol. tom. II. ab a. 1657-1734. Poson. 1742. Haec voll. ait I. G. Walch. l. c. pag. 836. cum iudicio legenda sunt, quum auctor nimium indulgeat prauis animi adsectibus religionis caussa, atque in lutheranorum reformatorumque sacrorum socios acerbius inuehatur.

Leges ecclesiasticae regni Hungariae et prouinciarum adiacentium, opera et studio Ignatii Comitis de Batthyan — collectae et illustratae, tom. I. Carlsburg. 1785. fol. Leges eccles. a concilio Sardicensi vsque ad a. 1076. regiae constitutt. ab a. 1092-1729. Hunc tantum tomum memorat Noesselt. l. c. pag. 562. sq. num vero plures in lucem emissi sint, dicere nequeo.

In Polonia.

Acta conuentuum et fynodorum, in maiori Polonia a Dissidentibus celebratarum, edidit Io. Iac. Scheidemantel, Vratislau. 1778. 8. Multarum synodorum particularium in Polonia Prussiaque habitarum acta et colloquia collegit Franck in cat. bibl. Bünau. 1. c. p. 293. sqq. et Planck 1. c. p. 274. monet; acta synodorum, in Septemtrione habitarum, nondum esse coacta; docetque, in quibus opp. plura sint dispersa. Harl.]

Digitized by Google

CAPVT.

CAPVT HI.

SYNOPTICAE VETERVM DE SYNODIS, VNIVERSALIBVS MAXIME, RELATIONES. 7

Eatinorum Isdori Hisp. Gelasii, Gregorii M. libri diurni pontificum, nec non Bedae et Freculst. 1.
Graecorum Germani CPol. 2. Nicephori CPol. 3. Photii CPol. 4. Anonymi. 5. Nili Rhodii. 6. De ineditis Photii Tyrii, Maximi, Mich. Pselli. 7. Synodicon vetus, vulgatum a Iohanne Pappo. 8.

(Cum supplementis G. C. Harles.)

T.

Quatuor concilia vanuersalia amplecti se, profitetur Isidorus Hisp. lib. VI. etymolog. c. 16. cuius verba laudant Gratianus dist. 15. Iuo libro 2. Pannormiae, aliique iuniores. Inter cetera autem concilia, quatuor esse scimus venerabiles synodos, quae totam principaliter sidem completiuntur, quasi quatuor euangelia, vel totidem paradisi slumina. Harum prima Nicaena.

a) Conf. catal. bibl. Bünau. III. vol. 1. p. 231. fq. I. G. Walch bibl. theol. select. III. p. 837. fq. et Chr. Guil. Frant. Walch. Entwurf einer vollst. Historie der Kirchenversamml, p. 41. sq. - De synodis et synodicis scriptis multa reperiuntur in variis catalogis MSSt. codd. Hoc loco quosdam memorabo codd. in Matthaei notitia codd. gr. Mosquens. p. 331. sq. cod. LVI. in 4. nr. 8. in www suredixwe uplacus Alexii, patriarchae oecumenici: inc. of τες διγάμες εὐλογήσαντες · et 11. 15. διάταξιε συνοδική περί δευνερογαμίας ' inc. τίμιον αναι τον γάμον. 11r. 18. συνοδικόν σημάωμα έπί τη είμαγνώσει της νεαράς μηνί άπριλλίφ πε. ήμέρα β. irdint. id. прохидиривия дина — питрійрхи во тоїв อื่อรังอธิร สิโมรุ้งแนบธีร นสาทุนแนะหล่องร ชบางอื่อเนรื่องขามง ชที μεγάλη άγιωσύνη αὐτὰ άςχιερίων, τὰ γαγγρών etc. inc. de nadapie not aumure . - Montfauc. in bibl. Coislin. p. 193. cod. CXX. fol. 28. de sanctis et occumenicis synodis: init. πρώτη σύνοδος γέγονεν einemerini ir Ninaig. sex numerantur synodi, et fol. 31. loca ex synodo Carthaginiensi, ex sexta synodo; - p. 85. sqq. vbi part. I. cap. 2. multi recensentur codd. in quibus continentur synodia

libri canonum et rituum, in cod. XXXIV. funt collectiones canonum et alia quaedam; et quidem fol. 2. monitum de non servato in synodorum canonibus temporum ordine, ob quarumdam synodorum prae ceteris dignitatem; desinit prologus I. in catalogum decem synodorum, ex quorum-canonibus hace collectio partim constat, adnotatis anno et canonum numero; fol. 23. iterum fusius de septem prioribus synodis occumenicis, quo tempore, et quam ob caussam fuerint celebratae, qui ipsis insignes interfuerint, qui in ipfis damnati haeretici, corum dogmata, iplisque oppolita a lynodis doctrina orthodoxa; tum definitiones synodorum Chalcedonensis, CPolitanarum II. et VI. Nicaenae II. etc. - p. 581. cod. CCCLXXIV. fol. 315. de fynodis occumenicis septem: - pag. 102. cod. XXXVI. expositio omnium conciliorum secundum ordinem temporum, et duplex syntagma canonum, alterum brevius, vt in cod. XXXIV. alterum fusius, in quocanones ciuiles, ad vnumquodque caput pertinentes, non indicantur solum, sed integri adferuntur, et fol. 307. acta cuiusdam fynodi, CPoli

Digitized by Google

Nicaena synodus CCCXVIII. spisoporum, Constantino Augusto imperante, peratia est; in qua Arianae perfuliae condemnata blasphemia, quam de inaequalitate Santiae Trinitatis idem Arius adserebat: consubstantialem Deo, patri Deum filium eadem sancia synodus per symbolum definiuit. Secunda synodus CL. patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata est, quae.

congregatae sub Alexio Comneno, ve tolleretur anonymi recensio compendiaria conciliorum ab offendiculum: atque ex cod, XXXVI. edidit Montfauc, p. 103. sqq. decretum editum circa vnionem synodi cum Leone Chalcedonens, et circa piam sententiam de adoratione SStarum imaginum ab imperatore Alexio Comneno, gr. et lat. — p. 112. in cod. XXXVII. synodi Sardicenfis, Antiochena, et in templo Theologi celebra ta: -- p. 191: in cod. CXVII. loca exclyifodia 1935. fq. -- Ibid. in cod. CCXVII. nr. 4. codd. Laodicena, Carthaginiensi, Chalcedonensi, Neo- CCXLVII. nr. 20. CCXLVIII. nr. 13. CCV. (nr. 3. collectancia, in codd. XXXVII. et p. 198. CXXII. loca ex synodis Antiochena, Sardicensi, et septima aliisque; — p. 563. in cod. CCCLXIV. variarum synodorum canones. - Venetiis in bibl. Marc. cod. CDXCVII. conciliorum synoptica collectio; synodorum XVI. quae recensentur in hoc cod. indicem dedit confector cat, codd. gr. Marc. p. 260. — Ibid. in pluribus bibl. Nanian. codd. adferuantur *canones Synodici*. v. ind. ad cat. codd. gr. Nau. p. V. - Florentiae iu bibl. Lanrent. multis codd. funt variorum conciliorum canoues et acta aut excerpta quae a Bandinio in cat. codd. gr. Laurent. passim in vol. I. et vol. III. recenfentur, (v. indic. ad vol. III. p. 489. fq.): in his in codd. XXII. et XL. plut. 5. collectio canonum septem conciliorum oecumenicorum et aliorum prouincialium: v. Bandin. vol. I. p. 46. et 70. sq. et excerpta, vol. III. p. 19. 20. 295. ac 324. — Leidae in bibl. publ. inter codd. Vossian. ญ์ บัสอริสสตร รฉีง เนองน์วิเพา สุญวิ อภิมษ์เนยงเพลีง ธบางอัดง สุญวิ งตัว รงสเสตัว, manu Patricii Iunii, et aliquid de V. synodo; v. cat. bibl. Leid. p. 402. nr. 8. atque 18. et p. 393. nr. 49. lat. index conciliorum XVII. - nun p. 332. nr. 184. excerpta ex synodis, conciliis esc. ib. nr. 172. catalogus latinus conciliorum alphabetic. quo nomina concilior. praecipriorum, loca et tempora, quibus singula extiterunt, breuiter indicantur; p. 329. nr. 111. ibid. in cod. bibl. publicae de quatuer principalibus conciliis. - Vindobon, in cod. caef. XLV. nr. 44. anonymi notitia septem conciliorum occumenicor, ex vasiis scriptis collecta; ur. 46.

orthodoxis et hacreticis celebratorum, in duas classes distincta, et circa a. Ch. 652. quo ipse vixit; definens; et nr. 47. anonymi notitia conciliorum generalium ac prouincialium víque ad concilium occumenic. quintum inclusiue, v. Lambec. VIII. p. 930. sq. 934. sq. (vbi recensionem compendiariam integram gracce exhibet,) et p. caefarienti, et Ancyrana; — p. 111. in Niconis set code XLVIII. nr. 9. auonymi epitome historiae conciliorum. v. Lambec. V. p. 103. (vbi ostendit, id opusculum dinersum esse a Photii synopsi histor. VII. concilior. generalium,) p. 250. 291. 14. et VIII. p. 963. Inc. zen ymanar v. infra §. V. — ibid. in cod. LIII, nr. 50. anonymi narratio breuis de septem conciliis occumenicis, simul etiam de concilio occumen. VIII. ét de concilio CPolitano comra Baarlamum et Acindynum, a. C. 1341. celebrato. v. Lambec. VIII. p. 1018. — In cod. CCCXXIV. narratio compendiaria de sex conciliis generalibus, vna cum Acoluthia in VII. fynodum occumenicam, et alia Acoluthia in sex priora concilia oecumenica. v. Lamber. V. p. 600. sq. ac p. 238. ur. 16. cod. CCXLIV. anonymi Professio sidei christianae orthodoxae sec. VII. prima concilia occumen. quoram synopsis historica est inserta. — Synodi variae particulares in pluribus codd. Vindob. a Lambecio VI. part. 1. enumeratis. v. indic. I. ad illud vol. pag. 151. sq. voc. synodi, et infra ad S. VIII. fin. — Oxon. in bibl. Bodlei. sec. cat. MSSt. Angliae etc. I. funt plures codd. de fynodis, ex gr. Barocc. LXXVI. de VII. synodis occumen. — CXI. fragm. ex achis synodi occum. quartae et aliarum; — CXXXI. declarațio synodi 318. patrum contra Paullum Samosatenum; codo LXXXVI. argumentum f. occasio synodorum vniuersalium et particularium, variorumque conciliorum canones, ac Symtonis magistri epitome cannaum tam apostolorum; quant conciliorum; -roibid. in cod. Guil: Laudi XXXI. f. ar. 691. dici cat. synodicum, continens in epitome omnes

quae Macedonium Spiritum fantium Doum esse negantem, condemnant, tonsabstantialem pates et filio spiritum sancum demonstrauit, dans symboli formam, quam tota Graecorum et Latinorum confessio in ecclesiis praedicat. Tertia synodus Ephesina prima CC, episcoporum sub Inniora Theodofio Augusto edita est, quae Nestorium, duas personas in Christo adserentem, iusto anathemate condemnauit, oftendens, manera in duabus naturis vnam Domini noftri Iesu Christi Quarta synodus Chalcedonensis DCXXX. sacerdotum sub Marciano principe habita est; in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem, verbi Dei et carnis vnam naturam pronunciantem, et eius defensorem Dioscorum, quondam Alexandrinum episcopum et ipsum, rurfus Nestorium cum reliquis haereticis una patrum sententia damnauit, praedicans eadem synodus Christum Dominum de virgine set natum, et in eo substantiam dinince et humanae confiteamur naturae. [P] Hae sunt quatuor synodi principales, fidei dolfrinam plenissime praedicantes. Sed, et si qua sunt concilia, quae sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor autoritatem, omni manent stabilita vigore; quorum gesta in hoc opere condita continentur. Ante Isidorum Gelasius in synodo Rom. (a. 493.) apud eumdem Gratianum loco laudato, Rurchardum lib. 3. decreti c, 220. Iuonem etc. Quamuis aliud fundamentum nemo possit ponere, praeter id, quod positum est, quod est Christus Iesus, tamen ad aedisticationem nostram eadem sancta romana ecclesia, post illas veteris vel noui Testamenti, quas regulariter suscipinus, etiam has suscipi non prohibet scripturas: Sanctam synodum Nicaenam trecentorum XVIII. patrum, mediante maxime Confiantino Augusto, in qua Ariu: haereticus condemnatus est; Sanctam fynodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio Seniore Augufto, in quo Macedonius haereticus debitam damnationem excepit; ' Santiam synodum Epheffnam, in qua Nestorius damnatus est, cum consensu beatissimi Caelestini papae, mediante Cyrillo Alexandrinae sedis antistite, et Arcadio episcopo ab Italia destinato; Santiam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto et Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nefto-

fynodos orthodoxas ab apostolis víque ad octavam CPoli habitam, sub Photio; in cod. XXX -VIII. f. nr. 961. cat. synodorum complurium capita; - in Bodlei, cod. XCIV. f. nr. 2877. cat. ex synodico, quod legitur dominica orthodoxiae in magna ecclesia; item VII. SS. oecumenicae synodi. - in cod. Bodlei. MMCCLV. actes etc. acta fynodor. national. sub Henrico II. rege. — cod. MMDCCCLXXVII. septem synodi oecumen. cod, MMMMCXVIII. expositio in synodos, lat. add. indic. ad illum cat. voc. Concilia. - Cantabrig. in collegii S. Benedicii cod. XXXII. s. nr. 1308. cat. part. II. de synodis; ibid. in cod. GCXXI. f. nr. 1481. cat. liber fynodorum cum quibusd. canonibus; in cod. catal. vol. II. nr. 5905. in cod. Th. Gale LXXI. de synodo V. et VI. canones, plerique cum schollis; - nr. 9198in cod. XII. Io. Mori, liber synodicum peructustus, in quo multarum, quae nominantur, synodorum Harl.

atque conciliorum canones aliaque continentura add. cod. CXXXVII. Dublin: coll. Trinit. f. nr. 277. cat. vt multos alios praeteream codd. v. indic. ad id vol. II. part. 1. et 2. voc. canones et concilia. Similis collectio, a Io. Zonara facta, Monac. in codd. Bauar. XLV. et XLVI. v. Hardt. in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 5. p. 41. et 46. vt alios codd. Bauar. in quibus canones aut ada synodorum atque concilior. variorum exftant, et quos cel. Hardt. passim recenset, filentio praetermittam. - Parif. in bibl. publ. god. DLXXII. nr. 19. fynodicon brene, incip. a synodo Antiochena a. 274. adu. Paul. Samosatenum habita et desinens in concilio VII. occumen. Ad reliquos codd. Paris. noscendos, adeat buipe generis litterarum cupidus ind. ad cat. MSS. reggi. cim scholiis Balfamon. et multorum conciliorum. Parif. et, qui adhuc in aliis custodiumur biblioth. consulat ille Montfaucon. in Bibl. biblioth. MSSt. Nam breuitatis studio filum abrumpere cogorNestoriana et Entychiana haeresis simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatae sunt. Sed et si qua sunt concilia a sanctis patribus hactenus instituta, praeter istorum quatuor auctoritatem, et custodienda et recipienda decreuimas.

S. Gregorius magnus addit quintam synodum lib. 1, regesti epist. 24. cuius verbaidems laudat Gratianus: Sicut santii euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et venerarime sateor: Nicaenum scilicet, in quo peruersum Arii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur; Ephesinum primum, in quo Nestorii impietas iudicatur; Chalcedonense vero, in quo Eutychis Dioscorique pravitas reprobatur, tota deuotione completior, integerrima adprobatione custodio: quia in his, velut in quadrato lapide, santiae sidei strustura consurgit, et cuiuslibet vitae atque assionis norma consistit. Quintum quoque concilium pariter veneror, in quo epistola, quae Ibae dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis persidiam cecidiste convincitur; et in quo scripta quoque Theodoriti, per quae beati Cyrilli sides reprehenditur, ausu dementiae prolata, resutantur. Cunstas vero, quas praesata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplestor: quia, dum universali sunt consensu constituta; se, et non illa destruit, quisquis praesumit aut solvere, quos religant, aut figare, quos solvent.

[F] Sextam fynodum adiungunt Beda libro de temporibus fiue fex aetatibus mundi tom, 2, opp. p. 116. et Freculfus capite vitimo Chronici. Bedae verba haec funt: Agatho papa ex rogata Conftantini Heratlii et Tiberii principum piissimorum, mist in regiam vrbem legatos fuor, in quibus erat Ioannes, romanae ecclefiae tunc diaconus, non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei ecclesiarum. Qui benignissime suscepti a reuerendissimo fidei catholicae defensore Constantino, iusti sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico tolloquio de fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunstis antiquorum patrum, quos petebant, libellis. Adfuerunt autem et episcopi CL. praesidente Georgio patriarcha regine vrbis, et Antiochiae Macario. Et conuitii sunt, qui vnam voluntatem et operatiosom adstruebant in Christo, falsasse patrum catholicorum dicta perplurima. Finito autem conflictu, Georgius correctus eft. Macarius vero cum suis sequacibus, simul et praedecessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo et Petro anathematizatus, et in locum eius Theophanius, abbas de Sicilia, Antiochiae episcopus factus. Tantaque grația legatos catholicae pacis comitata est, vt Ioannes Portuensis episcopus, qui erat vuus ex ipsis, dominica octavarum paschae missas publice in ecclesia S. Sophiae coram principe et patriarcha latine celebraret. Haer est sexta synodus universalis Constantinopoli celebrata, et graeso sermone conscripta, temporibus papas Agathonis, exsequente ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum, smulque legatis, apostolicae sedis et episcopis CL. residentibus. Prima enim uninersalis sunodus in Nicaea congregata est contra Arium, CCCXVIII. patrum, temporibus lulii papae sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli CL. patrum, contra Macedonium et Eudoxium, temporibus Damafi papae et Gratiani principis, quando Nestarius eidem vrbi est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso CC, patrum Nestorium, Augustae vrbis episcopum, sub . V v 3. · Theo-

Theodofio magno principe et papa Caelestino. Quarta in Chalcedone, patrum DCXXX. sub Leone papa, temporibus Martiani principis, contra Eutychem nefandissimorum praesulem monachorum. Quinta item Constantinopoli, temporibus Vigilii papae, sub Instiniano principe, xontra Theodorum et omnes haereticos. Sexta haec, de qua in praesenti diximus. Freculphus tom. 14. bibl. patrum edit. Lugd. p. 1194. Ut omissa superius paulisper repetant, quae sint wniversales sex synodi, quas totus oriens recipit et concelebrat, qui catholicam fidem sana mente retinent, oftendamus. Prima enim vniuersalis synodus in Nicaea congregata est contra Arium, CCCXVIII. patrum, temporibus Iulii papae sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli, CL, patrum, contra Macedonium [P] et Eudoxium, temporibus Damasi papae et Gratiani principis, quando Nectarius eidem vrbi est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso, CC. patrum contra Nestorium Augustae vrbis episcopum, sub Theodosio Magno principe, et papa Caelestino. Quarta in Chalcedone, patrum DCXXX, sub Leone papa temporibus Marciani principis contra Eutychen, nefandissimorum praesulem monachorum. Quinta item in Constantinopoli, temporibus Vigilii papae sub Iustiniano principe, contra Theodorum et omnes haereticos. Sexta synodus vniuersalis Constantinopoli celebrata, et graeco sermone conscripta, temporibus papae Agathonis, exsequente ac residente piissimo principe Constantino, intra palafium suum, simulque legatis apostolicae sedis et episcopis CL. residentibus. Disertissime autem liber diurnus b) romanorum pontificum in professione sidei prima p. 28. Santta quoque vniuersalia concilia Nicaenum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Chalcedonense, et secundum Constantinopolitanum, quod Iustiniani piae memoriae principis temporibus celebratum est, vsque ad unum apicem immutilata servare. Et una cum eis pari honore et veneratione fanctum fextum concilium, quod nuper Constantino piae memoriae principe, Agathone apostolico praedecessore meo connenit, medulitus et plenius conservare, quaeque vero praedicaverunt praedicare, quaecunque condemnauerunt, ore et corde condemnare. In professione secunda p. 39. Inter haec veneranda uniuerfalia quinque concilia etiam fancium fextum concilium uniuerfale centum septuaginta quinque venerabilium praesulum praedicamus, quo, sauente Deo, et votum piae memoriae magni principis nostri Domini Constantini clementer implente, in urbe regia, eo praesidente, celebratum est, cui apostolicae recordationis Agatho papa per legatos suos et responsales praefuit, cuius venerabilem tomum celebriter adsequentes, eos, qui nouo et haeretico dogmate immaculatam Dei ecclefiam polluere nitebantur, et errasse manifestius probauerunt, et oun sui erroris auttoribus atque fautoribus, perpetuo anathemate damnauerunt.

Reste atque veraciter statuentes, sicut duas vnius Domini nostri Iesu Christi naturas, id est, Deitatem et Humanitatem, cuius duas natiuitates esse cognoscimus, de patre videlicet, ex aeterno; de matre, de qua humanitas ei accessit, ex tempore: ita duas quoque substantias vnius eiusdemque personae consitemur, iuxta subsistentiam vnitas, ex quibus et in quibus idem Dominus noster Iesus Christus silius Dei, et adnunciatur, et creditur: [P] quia totus Deus totus sastus est homo, et in suis integer manens, etiam in nostris persessus adparuit, absque solo

b) Liber Diurnus romanorum pontificum, ab Garnerii Parif. 1680. 4. Scriptus ei videtur ex Iuone, Gratiano, Anselmo Lucensi aliisque laudatus, lucem primum vidit cum notis Ioannis

solventates duasque naturales operationes, secundum santiorum patrum doctrinam, decreuerunt.

Authores vero noui haeretici dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum et Petrum Conftantinopolitanos, una cum Honorio, qui prauis eorum adsertionibus fonientum impendit; pariterque et Theodorum Pharanitanum, et Cyrum Alexandrinum, cum eorum imitatoribus, fimulque et hos, qui haeretica dogmata contra veritatem fidei synodaliter declaratam atque praedicatam, pertinaciter defendebant.

Pessimum etiam et Deo odibilem Macarium, (cum eins discipulo, et magistro impietatis, Stephano, et Polychronio deliro sene, nouo Simone,) cum omnibus haereticis scriptis atque sequacibus nexu perpetui anathematis deuinxerunt, qui unam exsecrabiliter adserebant voluntatem, et unam operationem in Christo; quam neque divinam, neque humanam, neque inconditam, neque conditam poterant demonstrare, sed velut consusam atque congregatam. Sicut de naturis impius Eutyches, ita de naturalibus voluntatibus atque operationibus Christi, iuxta haereticorum praestigias, nitebantur desendere.

Sed et eos, qui vnam fimul et duas voluntates et operationes in Christo dicere praesumebant, sine nec vnam, nec duas; vel qui proprietates naturarum Christi confundere vel exstinguere niss sunt, vel nituntur, pari cum eis anathemate multauerunt.

Propterea quosquos, vel quaeque sancia sex universalia concilia abiecerunt, simili etiams nos condemnations percellimus anathematis.

Cum supra fatis haereticis, Sabellium, Paulum Somosatenum, Marim Persam, Montanum, Donatum, Eunomium, Nouatum, Sabbatium, Acacium, Anthimum, Iulianum Halicarnasseum, Theodosium, Gaianum, Priscillianum, Pelagium, Caelestium, et Iulianum, eorum discipulum, et cum eis simul omnes haereticos eorumque simul sequaces exsecramur ao contemnamus.

Quosque vero, vel quaeque eadem sex santia concilia susceperant, vt restae sidei confortes suscipinuus, et cum eadem reuerentia, ore et corde veneramur. Et in prosessione tertia pag. 50. Ad haec vero suscipio et amplessor et veneror desinitionem, quam, Deo auspice, secis santia et vniuersalis ac magna sexta synodus, quae nuper in regia Constantinopoli vrbe, in qua et apostolicae sedis legatos praesidere manisestum est, quae [1] et per decretum christianissimicae piissimi, a Deoque coronati Constantini principis congregata est, et quae suscepit, suscipio, et quae vel quos abietit, abiicio, similiter et quos anathematizauit atque damnauit, anathematizo et damno.

Et hanc denique, dilectissimi, orthodoxae atque apostolicae sidei normam in omnibus tenentes, atque spiritalium patrum, lucidissimis vehuti saeculi luminaribus, sacris inhaerentes doctrinis, oportet nostrae humilitatis religiosa deuotione, quae eorum magisterio, illustrante superna gratia, corde concepimus, ore etiam libere consiteri, vt in die aduentus Domini et Satuatoris nostri lesu Christi a dextris consistentes, illam desiderabilem de enangelio mercanur nocem

vocem audire, dicentem: Venite, benedicii patris mei, percipite regnum, quod vobis praeparatum est de origine mundi.

Denique septima et octava synodus adiungitur in recentiore professione pontificia, quam cum libro diurno vulgavit Garnerius p. 28. Sanstaque osto vniuersalia concilia, id est Nicaenum, CPolitanum et Ephesinum primum, Chalcedonense, quintum quoque et sextum CPolitana, et septimum item Nieaenum, ostavum quoque CPolitanum vsque ad vnum apicem immutilate servare.

II. Graecas synopses conciliorum, sine breues de synodis vniuersalibus commemorationes, vt distinctius referam, prima est Germani, patriarchae ab a. C. 715-730. CPolitani, de sex synodis oscumenicis, περὶ τῶν ἀγίων οἰκεμενικῶν συνόδων, πόσαι εἰσὶ καὶ πότε, καὶ διὰ τί συνηθροίσθησαν, quot, quando et quare fuerint congregatae? Incipit: χρη πάντα Χρισιανὸν γινώσκειν ὅτι ἔξ. Prodierat sine nomine auctoris, cum Henr. Iustelli versione ad calcem Nomo-Canonis Photiani, Paris. 1615. 4. p. 180-183. et 283-287. et in biblioth. canonica Voëlli et Iustelli, Paris. 1661. fol. tom. 2. p. 1161-1165. recusa in Harduini conciliis tom. 5. p. 1458. seruata Iustelli versione, quam retinuit etiam Steph. le Moyne, qui ex codicis Oxoniensis side scriptum hoc in Variis Sacris tom. 1. p. 81-123. iterum vulgatum, Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. auctori suo Germano restituit, et nonnulla suppleuit, quae Iustellus et Harduinus non habent, vt de quinta synodo p. 76. verba: μεθ' ὧν καὶ τὴν Ἰβα λεγομένην Ἐπισολὴν πρὸς τὸν Πέρσην γεγράφθαι Μάρην ἀπεβρίζωσεν, ὡς ἐ μόνον ὀρθῶν δογμάτων ἀντίπαλον, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀσεβείας συμμέτοχον. Cum quibus epistolam, quae ab Iba dicebatur scripta ad Marin Persam, non tantum ut contrariam orthodoxae dostrinae, sed ut omni impietate refertam eraste et eradicauit. Et p. 79. 80. clausulam:

